 tibus ad aliq̄s oblatiōes cōsuetas. Ad quā
 t̄n seruādā nō sunt arctādī ab ip̄o p̄sbytero
 s̄ ab ep̄o. ut ex. de simo. c. ad aplicā. Sub-
 trahēs ḡ oblatiōes i illis casib̄ cōmittit fur-
 tū. Notandū etiā fm̄ Ray. q̄ eccl̄ia non re-
 cipit oblatiōes q̄ opprimūt paupes. vtz. xc.
 di. c. oblatiōes. Nec raptorū vtz. ex. de rap.
 c. sup. eos. Itē vsurarioz. vtz. ex. de vsu. c.
 q̄ in orb̄. Itē meretricis. 7. p̄p̄t aliuꝝ cri-
 men notoriū 7. horrendū. vtz. xvij. q. iij. c.
 Adiror. Idē est de violentibus emunitatē.
 ibidē. Idem etiā est de hereticis publicis 7
 excōicato publico. Idem etiā de sacrilego
 xij. q. ij. c. de viro. Dubitat̄ vtrū recipi de-
 beant oblationes iudeoz ab eccl̄ia. R̄ndet
 xvij. Si nihil habent nisi de vsura: eccl̄ia
 recipere nō debet: ne videat̄ pct̄is eoz cōsen-
 tire vel cōicare. Et i hoc loquit̄ decretalis
 ex. de vsu. c. quāto. vbi aūt aliqd h̄nt iusto
 titulo p̄t eccl̄ia ab eis oblationes debitas
 exigere faciendo pro septimana anniuersa-
 ria 7. hm̄di. Dubitat̄ vtrū liceat religiosis
 oblatiōes recipere. R̄ndet Tho. ij. q. lxxv.
 vj. q̄ hoc fit tripliciter. Ano mō sic p̄ dispē-
 sationē sacerdotū 7. eccl̄ie. Sc̄do mō si sint
 ministri altar̄s: 7. sic p̄nt recipere oblatiōes
 sponte factas. Tertio mō si sint parrochie
 eoz: tūc ex debito p̄nt recipere sicut eccl̄ie re-
 ctōres. Et de illis oblationibus nota in ter-
 tio p̄cepto de celebratiōe sabbati. ¶ Quin-
 to mō peccāt̄ p̄tra illd̄ p̄ceptū q̄ retinēt de-
 cimas. Et tales cōmittunt furtū. Sc̄do de-
 um offendunt qui hoc precipit̄. Primo in le-
 ge naturali sicut p̄tz de Jacob 7. Abraā vt
 patet. xvj. q. i. 7. vij. decimas. 7. Gen. xiiij.
 vbi legit̄ Abraam dedisse decimas melchi-
 sedech. Itēz in lege mosayca. vtz. xvj. q. i.

decimas a p̄p̄o sacerdotib̄ ac leuitis esse
 reddendas diuine legis sanxit auctoritas.
 Item in lege scripta 7. prophetica. vtz. xvj
 q. i. ca. reuertimini. Item in lege canonica
 xvj. q. i. c. i. Consequunt̄ em̄ duo bona q̄ be-
 ne decimas dant. Primo abundantia fru-
 ctuū: secūdo corpis sanitas: sicut patz. xvj.
 q. i. ca. decime. Dicit Aug. ibidem. Decime
 tributa sunt egētium animarū: quia si deci-
 mas dederis non solū abundantia fructuū
 sed etiā sanitatē corpis cōsequeris. Et ecō-
 tra qui nō dāt de pauperant̄. Ideo subdit
 Aug. ibidē. Dabis impio militi quod non
 vis dare sacerdoti: sic etiā sepius infirmā-
 tur. Nota q̄ decime sunt duplices. s. predi-
 ales 7. personales. Prediales sunt que dā-
 tur de pdijs 7. agro 7. c. personales sunt q̄
 dant̄ ex artificiali sciētia: militia 7. venati-
 one. ut p̄tz extra de decimis. ca. ad aplicē.
 quedā sunt mixte ut de fetibus aialiu. Du-
 bitat̄ cuius sunt decime. R̄ndet q̄ sacerdo-
 tibus pertinet 7. hoc iure diuio. vtz. Gene.
 xiiij. Abraaz dedit decimas melchisedech
 sacerdoti dei altissimi. Nūc. xvij. Filijs le-
 ui dedi decimas p̄ ministerio quo seruiūt
 mihi in tabernaculo federis. Leuit. xvij.
 Quē decime terre siue frugibus siue de po-
 mis arborū dñi sunt 7. illa sc̄rificant̄ Deu-
 tero. xij. determinat. Itē eccl̄iam extra de
 decimis. c. ad aplicē. vbi d̄ q̄ decime p̄so-
 nales dāde sunt eccl̄ie parrochiali in q̄ dā-
 tes audiunt diuina recipiūt sac̄ra: prediales
 vero debent̄ illis clericis in q̄z parrochijs
 pdia sunt p̄stituta. ex. eo. c. qm̄. 7. xvj. q. i.
 c. laic̄. Naz rō naturalis dicitur: vt his q̄ p̄
 salute toti diuino cultui m̄strabāt: ip̄e po-
 pulus necessaria m̄strarēt vt honorabiliꝝ
 viuerent 7. in quietā mēte dño deseruiret.
 Et sic receperūt decimas triplici de causa
 Primo p̄p̄t sacerdotū sustentationē. de q̄. s.
 Nūc. xvij. Sc̄do p̄p̄t sc̄rificatoz oblati-
 onē. De q̄ Deute. xiiij. Sed sacerdotes no-
 ui testamēti sunt maioris dignitatis q̄ ve-
 teris testamēti ḡ ip̄is de iure diuio magis
 debent̄ decime q̄ illis. Sed quare est q̄ sa-
 cerdotes non accipiūt in partib̄ westpha-
 lie 7. alijs multis partib̄ decimas. Respō-
 det gobol. in chronica sua. q̄ Karolus mas

B gnus in istis partibus decimas mense regie reseruauit; inde est quod laici in partibus istis decimas obtinent aut eas acceperunt ab ecclesia in feudum ut ecclesiam defenserent. Et quod ter hoc faciunt uideant ipsi. Sexto peccat retinendo per modum furti omnes sacerdotes multiplicantes beneficia ecclesiastica in preiudicium ecclesie et pauperum clericorum. Contra quos loquitur Bernardus in epistola ad Fulconem dicens. Quicquid propter uictum et uelut furtum est: rapina est. Sed instat illi. Nonne dicitur extra de prebenda. c. De multa prudentia quod honorabiles persone possunt honorari pluribus beneficiis. Respondeo quodam doctores super eo. c. quod tales debent facere tantum fructum quot habent beneficia: alias salua conscientia non possunt plura tenere. Sed multi sunt uiri inutiles: imo laici ecclesie in nullo deseruietes: imo contra eam malis moribus pugnantes: sed adhuc instant quod habent dispensationem super pluralitate beneficiorum. Quibus respondetur quod ualet talis dispensatio de iure fori: non de iure poli. ut patet xvij. q. iij. c. viti. Sed adhuc instant quod licite possunt quia habent vicarios in beneficiis. Quibus respondetur: utinam haberent etiam vicarios in tormentis infernalibus: quia recipiunt fructus illius beneficii pro quo nihil faciunt et metunt ubi non seminant. Dicit Esaias. Maledictus qui congregat domos domini et agrum agro copulat. Ergo a fori qui congregat beneficium beneficio. Sed instant adhuc quod habent exile beneficium et non possunt in uno sustentari. Quibus respondetur. Si beneficium est debile suppleat defectum scribendo: scholares informando: vel sint capellani querendo regnum dei per laudabilem conuersionem. Et hec omnia adiucent sibi de illis. De illis nota in quarto precepto de honore patris spiritualis exempla. Etiam fures sunt illi clerici qui plura habent beneficia curata et non faciunt se statuto tempore ad ordines promoueri. Et illi dicuntur fures reipublice non solum quia furantur et male sibi usurpant bona illa que sunt pro bono communi fidelium deputata: uerum etiam quia a domino furantur aias fidelium quia eas decipiunt et absolutionibus sacramentalibus deludunt. ut dicitur extra de electi. li. vj. c. canon. quod ecclesia parochialis

non debet alicui preferri nisi attigerit. xxv. annis: alias collatio nulla est. Et infra annum debet in sacerdotem promoueri. Alioquin vacat ecclesia ipso iure: hoc autem non extenditur ad collegiatus ecclesias etiam si parochiales extiterint: et sicut tantum ad assumptos ad ipsorum regimen: ut patet extra de elec. c. statutum. li. vj. Ille qui retinet tale ecclesiam non intendens promoueri nisi promotus fuerit tenetur ad restitutionem fructuum preceptorum. ut patet extra de elec. c. missa. li. vj. Septimo peccant retinendo per modum furti omnes monachi et religiosi proprietarii. Qui etiam sunt fures reipublice: et qui assimilantur iude traditori: qui fur erat et oculos habuit. ut patet Iohannis. xij. De illis loquitur Augustinus in regula. Qui rem sibi collatam celauerit: furti iudicio condemnatur. Grauitas huius peccati patet ex tribus. Primo ex figura. Nam populus israeliticus lapidauit nachor qui fuerat furatus de anathemate hiericho. In figura omnium proprietariorum lapidauerunt eum et omnia que eius fuerant consumpsit igne: ut patet Iosue. vij. Secundo ex pena primitiue ecclesie. Nam ananias et saphira sibi modicum retinentes ad uerbum petri morte subitanea sunt perempti: et factus est timor magnus in uniuersa ecclesia. ut dicitur Actuum. v. Ideo dicit Bernardus. Olim inter duodecim erat unus Judas qui fur erat. Utinam nunc inter centum esset unus petrus qui omnia reliquisset. Tertio patet: quod ualde seueriter punitum est uicium proprietariorum a sanctis patribus. Nam Gregorius precepit proprietariis sepeliri in sterquilino dicentibus fratribus omnibus. Pecunia tua tecum sit in perditionem: et pisciculis tres anreos cum eo in sepultura: quos occulte habuit. ut patet in. iij. dial. et ponit extra de statu reg. et monacho. c. cum ad monasterium. Ibi precipit quod proprietarii debent sepeliri in sterquilino cum eisdem uerbis. Pecunia tua tecum sit in perditionem. Secundus modus furandi est a comitate: uicium auferendo bona mobilia aut immobilia a comitate: quod fit multis modis. Primo acquirendo indebitas exactiones et a subditis extorquendo. Ad cuius euidentiam est sciendum: quod census ille qui fuit ab initio impositus sine dolo et fraude integraliter dari debet: et si quis hoc subtrahit peccat mortaliter. Sed hic distinguendum est: quia aut est

Preceptum Septimum

Certū q̄ talis census seu onus ab initio rei fuit impositus vel nō. Si sit certū tunc q̄le cūq̄ sit onus siue cēsus dari debet q̄ vnusq̄s in re sua pōt onus iponere. Si autē census non sit certus: nescit tñ an licite vel illicite sit institutus: sic peccant recipiētes: q̄a mala fide recipiūt z tenent restituere. vtz p̄ Bern. extra de cētib⁹. Innocenti⁹ tñ dicit q̄ licet ignoret causa cēsus. Si tñ certū sit ipm ab antiq̄ debere solui dari debz vtz de cēf. c. quāto. Sz si dñs vltra cōuenta z statuta aliq̄ spōte ablata nllā pactiōe adhibita vel minis aut coactiōe idirecte recipiat: nō tenet ad restitutionē: sed coacta a se vel a suis directe v̄l idirecte tenet restituere. vt di. xliij. de eulogijs. Indirecte autē cogit fm glo. qñ denegat eis iusticiā v̄l nō defendit vt dz. Sec⁹ tñ est de suis: q̄ res illoz sunt dñi. Ad q̄ dñs tenet ad restitutionē: licet peccet nimis grauādo suos suos: pōt tñ dñs vltra cōsuetū recipere. P̄mo p̄ de fensiōe p̄rie: maxie suoz castroz z locoz: ad hoc em̄ om̄es tenent res suas imp̄tiri z totaliter laborare. xliij. q. iij. c. fortitudo.

Scōdo qñ vadit in exercitū indictum ab ecclesia v̄l a p̄ncipe p̄tra hereticos vel paganos: tūc pōt petere subsidiū a subditis. Tertio si i bello iusto capis ex parte sui nec pōt soluere redēptionē nisi graui dāno. Quarto qñ dñs maritat filiā aut filiū suū militē facit. Quinto p̄pter reparationē pontium vel viarū: z quādo iusta causa depaupar⁹ est vel nimis obligatus: vel quia nō habet quod comedat. In talibus casibus tenent subditi dñō subuenire. Sed si domin⁹ vult ludere ad aleam vel vltra vires ad vanitatem extendere: z sic de alijs: nō debet propter hoc a subditis aliqd̄ exigere: si fecerit tenet ad restitutionē: z est furtū reipublice. Idem est de officialib⁹ eoz si aliqd̄ extorquet a subditis. s. ne eos incusent apud dominos aut eos defendant cōtra iusticiā furtū faciunt: z tenentur ad restitutionem. Similiter peccāt principes z p̄sides q̄ faciunt exactiōes indebitas in personas aut res ecclesiasticas. De qua nota supra i quarto p̄cepto: in sermone de honore. ¶ Secundo committunt furtum in recipiendo reipublicam p̄ncipes aut cōmunitates imponen

tes de nouo: z sine causa rōnabili theologia z guidagia. Et dicunt pedagia q̄ dantur a transeuntibus in locis cōstitutis a p̄ncipe. Guidagia vero que dantur pro ducatu per terrā alicuius vt securius vadat. Dicunt autem doctores iuris: q̄ theolonia antiqua imposita a principibus vel regibus: z p̄cipue auctoritate ecclesie z ex iusta causa: puta pro defensiōe strate publice vel fidei vel patrie vel pro reparatione pōtium licite recipiunt: al̄s erit rapina. xliij. q. iij. Si cui aliquid contra formam istam acceptum est: et debet reddi ei a quo acceptum est si sciri potest: alias cum consilio ecclesie in p̄ias causas erogandum est. Si autem sunt iusta theolonia: id est propter iustam causam imposita: tam nouū q̄ antiquū: tenentur mercatores soluere theoloniū. Et si subtraxerint furtum cōmittūt: z tenent ad restitutionem. Illud intellige quando recipiens facit id propter quod institutum est theoloniū. Alias possunt sup hoc adire iudicem vel non soluere: quia non seruanti fidem: nō est fides seruāda. distin. lxi. §. his omnibus. Clerici vero siue ecclesiastice plone non debent dare theoloniū: nec tenent dare de personis suis vel de rebus que nō negociandi causa deferunt vel deferre faciunt. Alioquin extorquent ab eis si persone singulares sint ipso facto sunt excommunicati. Aniuersitas vero si est: tūc est interdicta: a quibus non potest relaxari: nisi restitutione facta z de precepti transgressione satisfecerint. vt patet extra de cens. ca. Quāq̄. libro. vi. Et has sententias ep̄i dicunt p̄mulgari facere. Et idē est si exigat pedagia vel guidagia. vtz extra de cens. c. p̄nti in cle. Tertio sic peccant q̄ nocumenta reipublice inferunt puta monetas falsificādo in pondere vel valore: vel argentū semiplene depurgādo. Tales fures exurunt in aqua bulienti. vtz. ff. de falsarijs monetarū. l. ii. nec talis moneta liberat soluentem ff. de purgationib⁹. l. eligerāt. Et dicit moneta q̄a monet nos ne fraus fiat in ea emēdo v̄l v̄dendo. Dicunt iudei q̄ abraam fuit primus qui induxit formā nūmoz egyptiis vt recitat Sobolin⁹ in chronica sua. Nō prima moneta legit Bene. xliij. tpe sue fuisse

A dū abraam voluit emere terrā p̄ sepultura Sare. Ubi dicit. Dñe mi terra quam postulas q̄dringentis siclis valet. Istud est p̄ciū inter te et me etc. Cū hoc audisset abraam appēdit pecuniā quā ephron postulauerat q̄dringentos argēti siclos p̄bate monete. Ubi quatuor tangūtur ad monetā requisita. Primo materia: quā dicit argentuz. Forma quā siclus. P̄odus quā appēdit: et valor: quia q̄dringentis siclis. Siclus em̄ grece dicit stater: qui viginti obulos valet siue decem scrupulos. Papias dicit quod stater est nūm⁹ qui et siclus dicitur est. Primo requirit materia: quā dicit esse argētea vel aurea: quā p̄mo fiebant nūmi de corio pecudū: et signabantur ut dicit Iliod. xvj. li. Etyim. c. xvij. Iō dicit pecunia a pecudib⁹: vel ideo quā quicquid antiqui habebant totū in pecudib⁹ habebant ut ptz. j. q. iij. ca. totū. Dicit Iliodo. vbi. s. A saturno ene⁹ nūmus inuē⁹ est. Ipse signari nummos et inscribi instituit: p̄pterea saturno erariū a gētib⁹ cōsecratū est. Nunc autē fit de materia argētea et aurea rara et nobili. Iō falsificātes aurū et argentū sunt falsarij monetarū: ut sunt alchimiste. Dicit Albert⁹ in li. mineraliū Auicennā dixisse. Sciant artifices alchimie spēs rerū transmutari nō posse: sed filia hīs facere: ut tingere rubrū citrino: ut aurū videat. Idē dicit mgr̄ Egidius in quolibetis suis. Unde Francisc⁹ petrar. li. j. de re. vtri. foru. cap. cx. Respōdit discipulo dicēti. Spero alchimie p̄speros exit⁹. Respōdit. Adirū est vnde id speres: quod nec tibi vnq̄ vere accidit: nec cuiq̄ et si accidisse nonnullis fama fuit. Sequitur. Nota si ne aliquos prudentes i reliquis hac infantia laborare: et quosdam opulentissimos hac vanitate consumptos: dū opulētiores fieri student. Sequitur ibidem. Dicit discipulus. Promissum ab artifice aurū spero. Respōdit. Qui tibi aurū suū spōdet: cum tuo aurō improuisus aufugiet. Sequitur. Magna mihi promittit. Respōdit. Primū suā pellit in opā. Est em̄ fere mendicū genus hominū: cum quod se pauperes fateant vitare alios volūt: quā si aliena illis quā p̄p̄ta molestior sit paupertas. Dubitatur quare raro alchimie artes aut nunq̄ attingant? Respōdet: si per ar-

tem deberet fieri aurū: oporteret scire modum et processum nature in generatione: ex quo ars est imitatrix nature. Modus propter defectū et imperfectionē particularis philosophie specialiter circa mineralia: talis modus nondum est a philosophis concorditer conscriptus. Sed vnus opinatur quod aurum tali modo et ex talibus materialibus fiat. Alius alio modo. Ideo casuale est si aliquis attingit per artificialem applicationem actiuorum et passiuorum auri et argenti. Secunda est quod constat argenti vniū et sulphur esse materialia metallorum: et agens esse calorem dirigentem et tamen difficillimum est scire proportionem commixtionis materialium: quam proportionem requirit generatio auri. Et dato quod talem proportionem a casu attingant: non possunt illam in alia operatione resumere propter latentes varietates materialium et actiuorum et passiuorum applicationem. Tertia causa est peccatuz avaricie aut vane curiositatis: propter quod sunt indigni consequi talem scientiam: quia abuterentur ea ipsi in perditionem animarū. Quarta causa quā diabolus introducet antichristum mediante auro et argento. Ideo ipm̄ effectum artis nititur impedire: ut tempore suo charum sit aurum et argentum. Et sic patet quod deus et diabolus resistunt practicatoribus huius artis: qui non sunt contenti auro et argento: quod per naturam deus hominibus fecit. Ista ars merito prohibenda esset a legislatoribus christianis. Primo quia fabricare student idola avaricie: que sunt aurū et argentum: quia dicit apostol⁹. Avaricia est idolorū seruit⁹. Secundo: quia sicut Aristot. nūm̄isma debet eē rare ut sit carum. Uilesceret autē nūm̄isma multiplicato auro et argēto p̄ talem artē. Tercio quia attēto quod demones sciunt per applicationē actiuorū naturalium ad passiuā facere aurū et argentū: faciliter avaricia et cupiditate p̄uertēte et excecāte homines recurrerent ad demones pro informatione in tali arte. Quarto: quia ut experientia patet practicante artis cupiditate et excecāte. Etiam vocatos sapientes sophisticat: deceptores multiplicat: principes infatuat: diuites depau-

Preceptum Septimum

Eperat: paupes ofno denudat. Adultos de-
prauat: et damnatos turpiter condemnat:
hunc suspēdendo: illum comburendo. Qui
bus non obstantibus adhuc occulte labo-
rant in penetralibus regum et principū in-
ardescēte cupiditate et curiositate sacer-
dotum et laicorum: quia a maximo usque ad
minimū omnes auaricie student. Qui exē-
plum recitat Martinus in chronica sua an-
no dñi. dcccc. xlvij. q. otto secundus impe-
rator: cum teutonicis longobardis et gal-
licis ac rhomanis et beneuentanis: terga
vertentibus christianorum exercitus pene omni-
no esset extinctus. Imperator vero ad mare
prouentens: quosdam ut ipm in nauim reci-
perent rogauit: asserens se fore vnum ex
militibus imperatoris. Qui suscepto eo in na-
uim considerantes dispositionē et decorez
ipsius loquebantur grece. Et vidētes ipsum
non intelligere et cōsiderātes q. ipse eēt im-
perator: et q. vellēt ipsum cōstantinopolim
ducere ad imperatorē suū. Ad imperatorē
intelligens et grauitē dolens circumuenit
ipso asserens se magnā pecuniā et aurum
reconditū habere ī siliciā: ut illuc irēt: et ac-
cepta pecuniā simul cum gaudio propera-
rent. Ipsis autēz ppter hoc ad littus acce-
dentibus imperator vidit epm in armis pro-
bum petri nomine: et inuocato suo auxilio
omnes nautas scz lxx. trucidauerūt. Et sic
p. virtutē apli petri quē inuocabat impera-
tor: liberatus fuit. Hec Martinus. Secun-
do requirit in moneta debita forma. Ideo
dicitur Gen. xxij. siclus. Quādo em̄ homines
ceperunt primo mercari mediante mone-
ta nondum erat in ea impressio vel imago:
sed vna portio argenti vel eris dabat pro
potu vel cibo. Que quidē portio mensura-
batur ad pondus. Sed quia tēdiosum erat
ita crebro ad trutinā recurrere nec bene po-
terāt pecuniā mercaturis equiparare per
pōdus: cum etiā venditor ut in pluribus
non poterat cognoscere metalli substantiā et
siue modum mixtionis: ideo per sapientes
illius tēporis prudēter prouisum est q. por-
tiones monete de certa materia et deter-
minati pōderis essent: et q. in eis imprime-
retur figura que cunctis notoria esset et si-
gnificaret quantitātē materie numismatis

et ponderis veritate: qua posset valor mo-
nete sine suspitione et labore recognosci:
sicut patet Math. xxij. cum ch̄s dixit. Lu-
tus est hec imago et subscriptio: Hoc ostē-
dunt antiqua nomina monetarū. Nā dicit
numisma fm̄ Irido. vbi supra: quia nomi-
nibus principū effigisq. designatur. Numi-
mi autē a numa rege romanorum vocati sunt
qui eos apud latinos imaginibus notauit:
et titulo nominis sui inscripsit. Sunt ergo
falsarij monete tales formas et imagines
falsificantes. Tertio requiritur ibi pōdus.
Ideo sequit̄ vbi supra: et appendit. Ergo il-
li grauitē peccant in rempublicam qui ab-
scindunt nummos seu radunt. Similiter il-
li qui cōstant antiquos nummos in massas.
Iij fm̄ Aristo. reprobantur in tertio poli-
ticoz: et vocat̄ oblatica id est ponderis ex-
cessiua: et tales sūt fures reipublice. Quarto
requirit̄ in eo valor. Ideo sequit̄ ibidem
quadringentis siclis. Si quis igitur facit
monetā plus vel minus valere falsarij est:
ut quando reprobant bonā et aliam permit-
tunt transire ut habeant de ea bonum lu-
crum. Et tales falsarij sunt infames. et l. de
falsarijs. l. j. Puniantur em̄ vltimo sup-
plicio. Et si quis militum huiusmodi perso-
nam suspectaz de custodia exire fecerit: ca-
pite puniat̄: domus vero ī qua hec ppetra-
ta sunt fisco vendicet. Ibidem in. l. ij. Et
iam puniit̄ pena ignis. Quarto peccant fur-
rando rempublicā omnes mercatores fal-
sificantes suas mercantias: mensuras: pō-
dera vlnas et c. Et tales etiam sunt fures
reipublice: sed de illis post erit spēialis ser-
mo: ideo ad p̄sens breuiter transeo. Quinto
contra hoc peccant in rempublicam hos-
pites qui vocātur proprie stultrauber: qui
nimum computant suis hospitibus: et ha-
bent iniustam mensuram et vinum nociue
semperant ppter lucrum. Etiam permittunt
homines scienter inebriari: maledicere pa-
ximis blasphemare deū et sanctos aut lu-
dere et taxillare. Etiam permittūt meretri-
ces scienter intrare domos suas et pecca-
re cum hospitibus eoz: et sic erunt rei oim̄
illoz peccatoz. q̄a dicit̄ extra de iniurijs.
et damno dato. c. si culpa. Qui occasionem
damni dat damni dedisse videt̄. Et coler̄

Alientes et facientes pari pena plectendi sunt. lxxvj. di. 7. c. facies. Etiam administrat aliquando hospitibus suis cibaria inhibita propter lucrum: ut in quarta feria carnes et butyrum in sextis feriis. In quo non modicum peccat tam comedentes quam etiam administrantes nisi sint infirmi. Patet extra de obseruan. teiu. c. consilium. Sexto peccant pro modo furti laboratores coes: qui hoc faciunt in tribus vel quatuor diebus: quod possunt facere in vno vel duobus: facientes directe contra illud preceptum naturalis legis. Quod tibi non vis fieri: alteri ne feceris. Sed ipsi minime vellunt quod alius eis sic laboraret. Et tales etiam sunt fures reipublice: et tales tenentur ad restitutionem. Septimo peccant in reipublica omnes artifices falsificantes suos labores: sicut pistores si pistant panem cantabricium aut in parua quantitate nimia: aut est semicoctum: et tamen inde recipit equale pretium. Sic etiam peccat sartor qui infideliter laborat: aut nimium recipit pro salario: quod accipit aliquando tres solidos: sed vix meruit duos. Sic etiam peccat contra reipublicam textrices et textores qui subtrahunt partem staminis aut filorum: sic etiam peccant mercatores: qui falsificant sua mercata: sic braxatores et cappones qui vendunt vinum corruptum: et penestici vendentes butyrum corruptum. Sic etiam peccant sutores qui corium comburunt et faciunt sotulares: et pellifices quando faciunt pellicea de pellibus corruptis aut rimiculosis etc. De alijs officijs peccata eorum redundant in magistros gildonum qui talia non corrigunt: quia consentientes et facientes pari pena plectendi sunt: nec caret scrupulo societatis occulte: qui manifesto facinorosi desinunt obuiare. vtz. ca. error. lxxxiij. di. Tertius modus furandi reipublicam est in expendendo quasi bona reipublice dilapidant ultra necessitatem a gubernatoribus reipublice. Nam magnam peccatum est dilapidare bona propria: ergo grauius peccatum est consumere superflua bona communitatis. Sic etiam peccant illi officiales communitatis qui propria percurant utilitatem de pecunijs vel bonis ciuitatis. Et hoc de iure minime facere possunt: nisi habeant licentiam a comitate. Quod patet pro tale exemplum. Fuit quidam ciuis bononensis de maiore

ribus qui communitati fuit infidelissimus: bona communitatis dilapidando: recipiendo qua litercumque potuit. Qui dum iacuit in agone voluit ordinare testium dicens notario. Scribe. Omnia bona que relinquo do uxori et filio meo. Corpus meum do vermibus: animam vero trado diabolo trucidanda impetuum. Audientes hoc circumstantes fuerunt territi et dixerunt. Cur sic animam daret diabolo: quod nullo modo deberet facere. Respondit. Quod scripsi scripsi. Adducti fuerunt viri spirituales: ut eum a tali proposito auerterent: et ille minime facere voluit. Qui eum finaliter interrogauerunt: cur sic animam daret diabolo. Respondit. Ego defraudaui communitatem quasi in mille ducatis: quos ego inutiliter consumpsi: quos restituere non possum. Et sic in tali desperatione mortuus est: et in ecclesia sepultus. De mane inuenerunt eum reiectum de sepulchro tanquam indignum in tali loco sepeliri. Qui iterum terra coopertus est: et in nocte sequenti fuit tantus strepitus in ecclesia causatus et sonitus campanarum quod vicini putauerunt ecclesiam funditus submergi: et inuenerunt cadaver illud de ecclesia eiectionem. Tandem corpus illud proterunt in vnam fonteam plenam aqua: in qua diabolus horribilia operabatur: ita quod nemo erat ausus accedere seu appropinquare ad eam.

¶ Non furtum facies.

Quarto peccant contra illud preceptum raptorum. vt patet 3. xliij. q. vj. c. penale. Dicit ibidem Augustinus. Penale est occulte auferre: multo maioris pene est visibiliter eripere seu auferre. Ergo rapientes siue occulte siue palam habent preceptum suum. Furti enim nomine bene intelligitur omnis illicita usurpatio rei aliene. Non enim rapinam permisit qui furtum prohibuit. Atque furti nomine in lege veteris testamenti et rapinam intelligi voluit. Aperte enim significauit quicquid illicite rei proximi auferat. Hec Augustinus. Sic patet quod magis delinquit raptor quam fur. Idem patet in institutis de vi bonorum raptorum in principio. Omnis raptor est fur: vt patet ibidem. Et sunt in rapine in quatuor gradus: scilicet

Preceptum Septimum

Res violentèr auferendo.
Res inuentas retinendo.
Rapinas spoliando.
Superflua non distribuendo.
Primus gradus est res violentèr auferendo: vt sunt raptores bestiarum: qui vocantur abigei. ff. ad. l. iuliam. l. j. per totum. z. xxii. q. iiii. quid ergo. Et de illis dicitur Job. xij. Abundant tabernacula predonum z audacter prouocant deum cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Sup. q. dicit beatus Gregorius. Sed intelligendum nobis est quomodo predones appellantur cum protinus addatur: cum ipse dederit omnia in manibus eorum. Et dubium non est: quia violentorum adiutor deus non est. Respondet. Sciendum est quod aliud est quod omnipotens deus misericorditer tribuit: aliud quod iratus habere sinit. Nam quod peruersi predones faciunt: hoc dispensator equissimas fieri non nisi iuste permittit: vt z is qui recipere sinitur: cecatus mente culpam augeat z is qui rapinam patitur: iam eiusdem rapine damno pro alia quam ante perpetravit culpa feriat. Ecce enim quidam in motis fauce constitutus insidiatur itinerantibus. Sed is qui iter agit iniqua fortasse aliquando quedam perpetravit. Et quod omnipotens deus malum suum in presenti vita retribuens atque hunc insidiatorem manibus vel spoliari rebus vel etiam interire permittit. Quod ergo predo iniuste appetit: hoc equissimus iudex omnino iuste fieri permittit: vt z ille reciperet hoc quod iniuste fecerat: et iste grauius quandoque feriat: pro cuius nequiciam nequissimam voluntatem z culpam omnipotens deus in alterum iuste vindicauit. Ille purgatur qui opprimitur in isto iusto: reatus auget qui opprimit. Utinam ille de profundo nequitiæ quandoque ad penitentiam redeat. Hec Gregorius. Et talis rapina est maius peccatum quam furtum. vt patet p. ca. xliii. q. v. c. Penale est occulte auferre: multo maioris pene est visibiliter rape. Idem dicit sanctus Thomas secunda secundæ. q. lxxvi. Nam violentia est magis contra voluntatem: quam si fieret ex ignorantia. Etiam per rapinam non solum infertur alicui damnum in rebus: sed etiam vergit in

iniuriam persone. Secundo est peior quam usurarius: quia in usura concurrunt voluntas dantis usuram: sed in rapina nullo modo immo compelluntur pauperes accedere ad usurarios. Tertio est peior diabolo propter tria: quia diabolus solum torquet in futuro qui hic male agunt. Sed illi e converso plus hic torquent bonos quam malos. Proverbiorum. ij. Viri sanguinum oderunt simplicem. Diabolus enim se iustificare potest in comparatione istorum dicens. Ego affixi in inferno solum illos qui meruerunt: sed illi e converso illos spoliauerunt qui nunquam meruerunt. Secundo quia diabolus timet angelum hominis z signum crucis: aqua benedictam z alia sacramenta. Sed raptores: nec ipsum deum: nec angelum: nec signum crucis: nec aqua benedictam timeant: sed se uicium suam exercent violentèr in homine ipsum spoliando. Tertio quia diabolus solum punit in inferno: ubi est proprius locus tormentorum: sed illi in mundo: ubi deus dedit homini libertatem de suis rebus secundum suam voluntatem: ergo merito illi raptores possunt dici diaboli in mundum missi: ad faciendum illud in mundo: quod diabolus facit in inferno. Quarto sunt pauperum homicide. Ecclesiastici. xxxiii. Qui auferit panem acquisitum in sudore quasi qui occiderit proximum suum: quia isti auferunt ab eis bona temporalia: in quibus eorum vita consistit: ergo ipsi digni sunt morte. sicut patet. ij. Regum. xliii. Cum Nathan proposuisset parabolam dauid de diuite qui abstulerat pauperi unicum ouem: dixit eum dignum morte. Ideo dicitur in canone. lxxvi. distin. capitulo. Pasche fame esurientem: si non paupis occidisti. Quinto sunt a deo maledicti: z prima ab ecclesia. vt patet extra de rap. ca. j. Ubi dicit. Illi autem de loco ad locum iter faciunt z ibi rapinas z depredationes faciunt: placuit vt ab illius loci prelato excommunicentur: z intelligo rapinam esse quando est bellum iniustum ex parte rapientis: z denegetur eis penitentia nisi reddant ablata si possint: vel cautionem faciant de reddendo. Et autem quis distulerit usque ad articulum mortis: et si petit penitentiam

tentiam tunc non est ei deneganda: si propinqui volunt pro eo satisfacere. Qui etiã ad hoc cogi debent quantum habent de bonis eius cui succedunt. vt patet extra de raptu. ca. in lris. Si autem quis sit vere penitens fecit quod potuit: licet tamen tarde et non habet unde reddat: nec etiam propinqui vel heredes volunt pro eo satisfacere: licet et potest absolui: et viaticum potest sibi dari: tamẽ nullus clericorum debet interesse eius sepulture: neque elemosinas eius recipere. vt patet extra. e. sup. eo. dicit Innocentius. quod hoc intelligit de notorijs raptoribus et non de occultis. fm leges raptorum infra annum puniunt in quadruplum. Post annum in simplum: re ipsa in quadruplum computata. extra. ff. de vi bo. raptu. l. j. et ij. Et hoc si agatur ciuilliter. Si autem criminaliter deponatur si facit cum armis vim repellendo. Si autem sine armis puniunt amissionem tertie partis bonorum. vt patet in l. de pub. iudic. §. Item lex iulia. Secundo maledicunt a proximis Eccl. xxiiij. Unus orans et alius maledicens: cuius vocem exaudiet dominus. Si est vnus qui orat: pro eis multi sunt qui maledicunt. Cuius vocem finaliter audit dominus. Lerte maledictum. Ergo frequenter penam temporalem eis optatam incurrunt. Cuius exemplum ponitur in speculo historiali lib. xxvj. cap. lxx. quod quidam porcum vidue abstulit. Plorauit illa: sed non est exaudita. Qui cum comederet percussus est in gutture. Quod vulnus dum vixit: a medicis sanare non potuit. Et ille conuersus ad religionem tanta laboris gutturis molestia afflictus: vt cum alimenta perciperet: et ad geminam refectionem fratrum sibi succedentium discubaret: vix tamen in tanto spacio sumeret vt stomachum recrearet. Tertio maledicent a domino deo in extremo iudicio. dicente illud Math. xxv. Ite maledicti in ignem eternum. Si enim maledicunt illis qui propria non distribuunt dicentes. Esuriui et non dedistis mihi manducare. Quid faciet raptoribus aut quid dicet? Esuriui et abstulistis mihi manducare. Ori meo abstraxistis et dedistis canibus et auibus. Nã auferunt de ore dei et ponunt in os diaboli. Sitiui: et abstulistis mihi quod debui bibere:

imo quod pelus est: sanguinem meum in pauperibus bibistis. Hospes eram et non collegistis me imo domum meam combulistis. Item nudus fui et non cooperuistis me: imo vos subtraxistis vestes meas. De quibus vestris vxoribus fecistis vestes caudatas. Et quandoque trahunt in cauda sua totam substantiam vnus pauperis. Ite infirmus fui: et non visitastis me: sed vos vulnerastis me. In carcere fui et non erulistis me: sed vos in carceribus me cruciastis immo fregistis mihi crura et omnia membra mea. Et quod adhuc pelus est gloriatur de illis. Audiui enim ab vno milite castrensi eum tot rapinas fecisse in iumentis et animalibus quod ex eorum ossibus maius suo castro edificari posset. Alius dixit se tot equos rapuisse: quod si caudis connexi essent: possent extendi ad tria miliaria. Unde gloriantur unde deberent recundari et dolere et penitere: unde incurunt istam horribilem et diuinam maledictionem. Ite maledicti in ignem eternum etc. Legit etiam quod quidam miles rapuit cuidam vidue vnã vaccam. Que cum flet et instaret peteret vt ei vaccam restitueret propter paruos pueros quos haberet. Hinc si ego non raperem tunc vnus alius sequens me hoc faceret: et sic vaccam retinuit. Post obitum vero punitus est a diuersis demonibus. Et tamen vnus inter alios incessanter et infatigabiliter puniuit animam eius. Et ille ait. Cur me persequeris et punis magis quam aliquis alius? Respondit. Si ego hoc non facerem: vnus alius sequens me faceret. Et hec sunt verba que dixisti vidue dum eius vaccam rapuisti. Quot clamores viduarum quot fletus pauperum quot lamenta orphanorum et puerorum ipsi capiunt super animas? An in Eccl. dicit. Nunquid despicit dominus preces pupilli et vidue si effundit gemitus? Adultum ergo timere debent tales raptores: quia preces eorum deus non exaudiet. Quia dicit Esa. j. Orationes vestras non exaudiam: quia manus vestre sanguine plene sunt: imo neque orationes bonorum quia feruentiores sunt preces pupillorum et pauperum quam bonorum hominum. Sicut nullus obtinet causam in curia principis: si habet ibi multos et fortes contradictores. Sexto de

Preceptum Septimum

Ebet cohibere raptores: quia est pena gra-
uissima raptorum: quia in die nouissimo
paupes erunt iudices raptorum. Unde Job.
Iudiciū pauperib⁹ tribuit. Item Sapient.
v. Tūc stabūt iusti in magna cōstantia ad-
uersus eos qui se angustiauerunt. Et tunc
rapine eorū collis eorū imponētur: et sic in
inferno suspendunt. Septimo deberet eos
cogere: quia sepe hic opprimunt egestate.
Unde dicit Proverbiorū. xj. Alij diuidunt
propria et sūt victores. Alij rapiunt aliena
et semp in egestate sunt: imo magis torquē-
tur hic pro inferno habendo q̄ pro regno
celoz. De quibus Petrus blesē. in episto-
la. xiiij. Hodie inq̄t nostri curiales in labo-
re et in erumna: in vigilijs multis: in pericu-
lis maris: periculis fluminū: periculis pō-
tium: periculis montū: periculis in falsis
fratrib⁹: in mortib⁹ frequēter: in cōfractōe
et lassitudine corpis atq̄ in alijs discrimi-
nibus: in quib⁹ gloriā martyrii mererant:
si hec pro chrī nomine sustinerent. Nūc au-
tem sunt martyres seculi: mundi professo-
res: discipuli curie: milites diaboli. Per
multas siquidem tribulationes intrant in
infernum. Iusti siquidem per multas tribu-
lationes intrāt regnum celorum. Hec ille.
Octauo debent eos cohibere: quia rapi-
na est deo odiosa. Iuxta illud Esa. lxx. Ego
dñs amans iudiciū: et odio habēs rapinā.
Etia diabolo est obsequiosa. Est etia pro-
ximo iniuriosa: q̄a vt habeant occasionem
rapiendi querūt causam et mittunt literas
guerraz. cōtra illud qd̄ dicit Jo. iij. Nemine
cōcutiatis: sed estote cōtēti stipēdijs vris.
Nemini calumniā inferatis. Nā nunc rece-
dunt de aratro et sūt armigeri: et pmittūt
se vocari nobiles et sunt rustici nati et hāc
materiam diffusius querat in precepto de
homicidio: in sermone de bello. **S**ecūdi
sunt raptores rerū inuentores. De quibus
xiiij. q. v. capi. Si quid inuenisti: et non red-
didisti: rapuisti: quātū potuisti fecisti: quia
plus non inuenisti. Qui alienum retinet: si
posset etiam tolleret. Deus enim cor inter-
rogat: non manū. Hec Augustinus. Idem
dicit in ca. Multi enī sine peccato putant
esse: si alienū quod inuenerūt teneant. Di-
cunt enim. Deus mihi dedit cui habeo red-

dere. Discāt ergo hoc peccatū simile eē ra-
pine: si quis inuenta non reddit. Si autem
eo animo accepisti vt domino restituas:
non committis furtum. Hoc tamen in libel-
lo debes protestari. vt habetur. ff. de fur-
tis. l. falsis. §. Qui alienum. Sicut quidam
de quo dicit beatus Augustin⁹ in sermoni-
bus ad heremitas. in sermone de inuentio-
ne reddenda. De illo tempore quo ipse fuit
mediolani: quidam inuenit pecunie sacculū
et ille fecit scribi epitaphium ad valuas ec-
clesie. Et inuento epitaphio qui pecuniam
perdidit legit. Et accessit ad illum pro resti-
tutione. Et ille interrogauit sacculi quan-
tatem: et alius qualitatem descripsit. Tūc
aperiēs sacculum obtulit ei. xx. solidos. et
ille noluit accipere: tunc obtulit decē et no-
luit accipere: obtulit quinq̄ et noluit. Tūc il-
le stomachatus proiecit sacculum dicens.
Nec ego aliquid pdidi: vtinam tales nunc
essent inuentores rerū. Querit ergo: vtrū
res inuenta sit semp restituenda: Respon-
detur de re inuēta alicubi est triplex distin-
ctio faciēda. Prima est q̄ res inuenitur
que nunq̄ fuit in bonis alicuius saltem de
propinquo sicut gemme vel lapides precio-
si inuenta in littoze maris: et tales res licite
potest retinere homo. Secunda est res
inuenta que de proximo fuit in bonis ali-
cuius nec p̄ derelicta habet a domino ei⁹.
Tūc enī si homo talem rem inuenit animo
restituendi ei cuius fuit: absq̄ peccato fur-
ti potest ipaz recipe vt restituat ei: vel pau-
peribus distribuat si ignorat dominum fa-
cta proclamatione: vt sunt thesauri inuen-
ti in terra. De quibus in institutis de re.
diui. §. thesaurus. si in loco proprio statim
inuentoris sunt. Si autem in loco alieno et
casu fortuito inuenit eū: dimidius sit inue-
toris et dimidius dñi loci. Si vero studio-
se quesit: sicut illi qui vocant diabolum
pro ostētatione thesauri: et inuenit eum in
loco alterius: totus erit domini loci. Si
vero in sacro vel religioso loco et casu for-
tuito inuenit thesaurū: tot⁹ inuentoris fit.
Idem ptz. l. de thesauris. l. Nemo. Ter-
tia distinctio est: si res alicuius fuit de pro-
pinquo et scit cuius est: vel non ostēdit: sed
eam recipit animo retinendi: tunc est fur-

tum rapina et peccati mortale. Tertij sunt
 raptores qui spoliant naufragantes: et ta-
 les grauiter peccant: quia nihil talibus est
 auferendum: imo quicquid de ipso naufra-
 gio inuentum fuerit siue in mari: siue in litto-
 re restituendum est, vt patet. ff. de incen. rui.
 et naufra. l. si quis ex naufragio. Nec ex-
 cusatur a peccato mortali: nisi ea intentio-
 ne receperit vt restituat ei cuius est. Nec
 excusatur quis aliqua consuetudine statu-
 to vel etiā pcepto. Hoc em̄ est contra pceptum
 dñi Leuiti. xix. Diliges proximum tuum
 sicut teipm̄. Mat. vij. Omnia que vultis
 vt faciāt vobis homines: et vos eadē fa-
 cite illis. Itē Thobi. v. Quod tibi odis ab
 alto fieri: alteri ne feceris. Idez est de illis
 qui frangunt pontes aut subuertūt currus
 et tangunt solum. Si epus vel quilibet pla-
 tus tanti criminis esset p̄iceps vel consen-
 tiēs esset deponēdus. vt p̄ extra de accu.
 capi. cum dilecti. Laicus vero admonitus
 nisi satisfecerit est excomunicatus ipso fa-
 cto. vt p̄ extra de rapto. ca. excomunicatiōi.
 vbi dicit. Illi qui christianos naufragiū pa-
 tiētes: quibus fm̄ regulam fidei suffragio
 esse tenentur: damnata cupiditate spoliāt
 rebus suis: nisi ablata restituerint: excom-
 municationi se nouerint subiācere. Et hoc
 intellige nisi pirate sint vel aliquam tyrāni-
 dem exerceāt. Alij qui spoliāt peregrinos
 et christianos pro negotiatiōe vel alijs hone-
 stis causis nauigio vectos sunt excomuni-
 cādi. vt p̄ extra in cap. excomunicatiōi. vbi supra.
 Tales om̄es tenentur ad restitutionē. Et nō
 solum hi spoliatores sed qui cōtinentur in
 his metris. Iussio consensus cōsiliū pal-
 po recursus. Participans mutus non ob-
 stans non manifestās. Isti sūt participes
 fm̄ illud ps̄. Si videbas furem currebas
 cū eo etc. Primus est iubens furtū vel rapi-
 nam. Illi equaliter peccant: imo aliqui ma-
 gis iubens q̄ faciens: sicut quādo superio-
 res iubēt malum fieri: quibus non est obe-
 diendum Actū. v. Oportet magis obedi-
 re deo q̄ hominibus. Idem. xi. q. iij. caplo
 qui resistit. Nam Herodes nequa q̄ Joā-
 nem baptistam decollauit: sed spiculator:
 et tamen sibi mors Joānis imputat. Ideo
 dicitur in regula iuris. libro. vj. Quod q̄s

facit per alium: per se facere videtur. Sic
 Pilatus non crucifixit Christum nec iudei
 proprijs manibus: sed milites: tamē mors
 christi eis imputatur. Sic et precipiens ra-
 pinam quis non faciat proprijs manibus:
 tamen rei sunt omnium illorum malorum
 que iubent: et etiā damnantur pro illis
 malis nisi restituāt. Sicut enim bonus qui
 iubet facere bonum remuneratur pro illo:
 sic et malus iubens fieri malum damnatur
 pro illo. ¶ Secundus est consiliāns rapti-
 nam aut furtum: et tales sunt filij caphpe:
 qui dedit consiliū vt christus occideret.
 Si igitur quis dat consiliū: vt proximus
 dānicetur: tenetur ad restitutionē. Sed
 est distinguēdum. Aut enim p̄edo ille siue
 fur hoc erat factururus etiam sine consilio:
 et tunc minus peccat q̄ faciens: nec tenet
 ad restitutionē. Aut non erat factururus:
 et sic par est delictum facientis et consilian-
 tis. vt patet. ff. de furtis. l. qui seruo. et ta-
 lis tenetur ad restitutionē. Sic grauiter
 peccant illi qui dant cōsiliū principibus:
 immo instigant eos ad guerras rapinas et
 incendia. Tales illorum malorum rei sunt
 Eccl. xxvij. Facienti consiliū nequissi-
 mum super illud deuoluetur: et non cogno-
 scet vnde veniet illi. Cuius exemplum pa-
 tet in Aman Hester. iij. et vij. qui fuit sus-
 pensus in patibulo: quod parauerat Har-
 docheo. Idem patet de principibus qui
 dederunt consiliū contra Danielem: vt
 mitteretur in lacum leonū: qui postea per
 se fuerunt missi in lacum leonū. Et deuo-
 rati sunt a leonibus. vt patet Danielis. vj.
 Idem patet de consilio Achitofel: qui ma-
 lum consiliū dedit contra Dauid: et sus-
 pendit semetipsum. vt patet. iij. Regum.
 Et sic patet q̄ cōsiliū malum venit super
 Dantem. Ideo dicitur Ecclesiastici. xxvij.
 A cōsiliario malo serua animā tuā. ¶ Ter-
 tius est consentiens. De quibus dicitur ex-
 tra de offi. delega. capi. primo. Q̄ consen-
 tientes et faciētes: pari pena puniunt. Sic
 etiā cōsensus operationis in bonum. De
 quo. xi. q. iij. caplo. Qui peccantibus con-
 sentit: et defendit alium delinquentem: ma-
 ledictus erit apud deum et homines. Idē
 habet. lxxxvi. distin. capi. facientis. Talis

Preceptum Septimum

Reus est omnium malorum: et tenetur ad restitutionem. **Q**uartus est palpo: id est adulator: laudans raptorem vel furem. **U**nde **Psalm.** Laudatur peccator in desiderijs anime sue: et iniquus benedicit. Tales peruertunt ordinem rationis: quia laudant illud quod est vituperabile: et sic mali confortantur in malicijs suis. Talibus minatur dominus ve eterne damnationis. **Eccl.** quinto. **U**e qui dicitis bonum malum: et malum bonum: ponentes tenebras lucem et lucem tenebras. **Q**uare est quod tam viri quam mulieres multiplicantur in malicijs: nisi quia laudantur in malicijs suis et in peccatis eorum sicut dicunt de raptoribus. **I**sti non habent manus sanctorum: audent enim rapere. **U**nde **Hieronymus super Psalm.** Nihil est quod tam facile corrumpit mentes hominum: sicut adulatio. Plus nocet lingua adulantis quam gladius persecutoris. **S**ed ista adulatio potest fieri tripliciter. **P**rimo attribuendo alicui hominum quod quis habet: et hoc mala intentione: sicut pharisaei christo. **L**ui attribuiebant veritatem: scilicet doctrine vite et iusticie dicentes. **M**agister scimus quia verax es. **E**cce veritas vite et iusticie: propter secundum dicebant. **O**mnia in veritate doces. **P**ropter tertium subdunt. **N**on est tibi cura de aliquo. **H**oc fecerunt ut eum caperent in sermone: ergo est mortale peccatum. **S**ecundo fit approbando malum quod quis habet: quod est mortale peccatum. **U**t patet. **xlvj. distn. cap.** sunt nonnulli qui dum malefacta hominum laudibus efferunt augent quod increpare debuerunt. **T**ertio fit ut bonum quod quis habet nimis extollendo: et hoc potest esse veniale et aliquando mortale. **Q**uintus est participans id est parte capiens de furto vel rapina ut primo qui inde comedunt vel bibunt. **E**t tales tenentur ad restitutionem. **S**ed quid faciet vxor raptoris vel furis. **P**otest ne comedere de furto vel rapina. **R**espondetur quod si maritus habet aliquid de iusto: de illo mulier separatim debet viuere. **S**i vero nihil habet nisi rapinam debet suis proprijs manibus laborare vel ostiatim mendicare et sic victum querere. **U**t dicit **Hostiensis.** **S**i autem mari-

tus sit ita malus quod omnino cogat eam viuere de rebus raptis: nec potest sibi aliunde victum querere tunc ne fame moriatur: restat ei triplex remedium. **U**num quod ipsa viuat de dote vel de spsualicio. **S**ecundum est quod ipsa denunciet episcopo qui potest compellere maritum: ut pascat vxorem suam de iusto. **U**t patet. **ij. q. j. cap.** **S**i peccauerit. **T**ertio si de nullo alio sustentari possit nisi de rapina comedat inde in dei nomine: quia necessitas legem non habet: et proponat tamen restituere quanto citius poterit. **S**ecundo etiam participant ementes rapinam vel furtum: et tunc est distinguendum tamen. **N**am ille qui emit rapinam aut intendit gerere negocium alterius cui res est ablata: et tunc potest repetere precium quod dedit: et expensas quas circa illam rem fecit. **U**t patet. **l. de re. ve. l. domum.** **A**ut intendit gerere negocium proprium: puta quia emit ut retineat: aut ergo emit si de bona aut mala. **S**i fide mala: puta quia sciuit rem fuisse furatam: sic emptor grauat se sex modis. **P**rimo semper tenetur restituere rem: etiam si alias moriatur vel violenter auferatur. **S**ecundo tenetur restituere omnes fructus perceptos in medio tempore: et qui medio tempore percipi poterant. **T**ertio res est estimanda secundum eius optimum tempus: puta si res tempore venditionis fuit melior quam postea. **Q**uarto non potest repetere precium quod dedit. **Q**uinto non potest agere de precio soluto contra venditorem. **O**bstat enim sua turpitudine: nisi de hoc expresse tacuit. **U**t. **iiij. q. v. cap.** **H**oc ius. **S**exto perdit etiam expensas voluntarias. **S**i enim emit fide bona: puta quia credit rem esse iustam: sic bona fides quattuor sibi confert. **P**rimo non tenetur rem restituere durante bona conscientia. **S**ecundo potest rem alienare et vendere durante bona conscientia. **T**ertio non tenetur rem restituere in casu fortuito durante bona fide: et si res interim pereat absque culpa sua in nullo tenetur respondere. **Q**uarto post restitutionem rei potest agere contra venditorem de precio quod dedit. **S**i autem probabiliter credit bellum iustum fuisse: puta quia vicini vel etiam sa-

plentes hoc dicunt: tamen similiter illa bona fides confert sibi illa quatuor supra dicta. Si autem postea sciverit bellum intussum fuisse: tunc debent restituere rem et fructus extantes: non autem consumptos. **S**eptimus est mutus id est qui solo verbo posset prohibere rapinam vel defendere ne alij raperet. Quia dicit regula iuris libro sexto. Qui tacet consentire videtur. Sicut custos turris videns rapientem et non clamans consentit. Ergo secundum Bernardum intelligitur de illo qui ex officio tenetur defendere alias non: vel de illo qui tacet in synodo vel etiam civili iudicio ubi talia fore facta merito debet publicari. **O**ctavus est hospitatus vel colligens furem aut raptorem eum occultando. Qui enim non indicant furem domino suo ipsum querenti: participes furti sunt. ut extra de furtis. ca. qui cum fure. Sed hoc intelligendum est de illo qui furem ideo non vult prodere ut participes furti fiat. Et tales tenentur ad restitutionem. **N**onus est non obstans id est qui de facto posset resistere sine suo periculo: et non facit: et si ad hoc ex officio teneatur ob stare ut sunt principes et prelati: participes sunt omnium illorum peccatorum. ut patet. xxij. q. iij. Qui potest obviare et perturbare puerfos et non facit: nihil aliud est quam impietatem eorum fouere: nec caret scrupulo societatis occulte qui manifeste facinorosi desinit obviare. Et. xij. q. vij. negligere. **H**ij omnes tenentur restituere quilibet in solidum nisi vnus satis fecerit: quia bona fides non patitur quod idem bis exigatur. ff. de rei iur. bona fides. Alij dicunt quod qui causa fuit totius spolijs talis tenetur reddere in solidum: alias non tenetur nisi de parte percepta. Utinam tales compellerentur ad restitutionem: sicut de quibusdam de quibus beatus Gregorius. in. j. dial. dicit. Longe viderida gothorum comes cum exercitu in loco eodem venisset dei seruus libertinus ex caballo in quo sedebat ab eius seruis proiectus est: qui iumentum perditum damnum libenter ferens etiam flagellum quod tenebat: diripientibus obtulit dicens. Tollite ut habeatis qualiter hoc iumentum minari possitis: quibus dictis protinus se in oronem

dedit. **C**ursu autem rapido predicti ducis exercitus puenit ad flumen nomine vulturnu: ibi equos suos ceperunt singuli hactis tundere calcaribus cruentare: sed tamen equi calcaribus celi: calcaribus cruentati: fatigari quidem poterant: sed moueri non poterant: sicque aquam fluminis tangere quasi mortale precipitium pertimescebant. Longe diu sessorum singuli fatigarent vnus eorum intulit: quod ex culpa quam seruo dei in via fecerant illa itineris sui stipendia toleraret. Qui statim reuersi post se: libertinum inuenerunt in oratione prostratum. Qui cum dicerent. Surge tolle caballum tuum. Ille respondit. Ite cum bono. Ego opus caballo non habeo. Descendentes vero eum inuitum super caballum de quo eum posuerant leuauerunt: et protinus abscesserunt. Quorum equi tanto cursu illum quem prius transire non poterant fluuium transierunt: ac si se fluminis alueus aquam minime haberet. **Q**uartus gradus raptorum est superflua retinere. de quibus. xlij. di. hospitalione. ubi dicit Hieronymus. Aliena rape conuincit: qui ultra sibi necessaria retinere perbat. Et. xliij. di. c. sicut hij. sub verbis Ambrosij. Non minoris criminis est habenti tollere: quam cum possis et abundas indigentibus denegare. Esurientium panis est que tu detines: nudorum indumentum est quod tu recludis: miserorum redemptio et absolutio captiuorum est pecunia quam in terra defodis. **H**ec ille. Sequitur quod maxime peccant plati ecclesiarum thesaurifantes sibi de bonis ecclesie. Unde Bernardus. ad fulconem. Quicquid ultra victum et vestitum retines tuum non est: pauperum est: furtum est: rapina est. Unde Ambrosius: et ponunt eius verba. xij. q. ij. c. Aurum habet ecclesia non ut seruet sed ut eroget et subuentat in necessitatibus. Et in capitulo. Gloria episcopi est pauperum providere penurijs: ignominia omnium sacerdotum est proprijs studere diuitijs. Sic etiam sunt raptores diuites huius seculi tenaces.

De peccantibus per vsuram.

Quinto peccat contra illud preceptum vsurarij: quia nomine furti intelligitur omnis illicita rei aliene occupatio.

Septimum Preceptum

Furtio vel usurpatio. vt patet. xiiij. q. v. caplo penale. Ideo dicitur rapina. vt patet. xiiij. q. iij. Si quis usuram accipit: rapinam committit. De illis usurarijs loquitur Franciscus petrar. lib. j. de re. vtri. for. ca. lxx. dicens. Paulo ante hoc tempus feneratoris vt leprosi a consortio hominum segregati erant. Nullus tamen ad eos accesserat nisi egenus sed vt male olentes atq; contagiosi ab alijs vitarentur. Nunc iam non modo cum populo sed cum principibus conuersantur et matrimonia contrahunt et dignitates adipiscuntur. Hec ille. Quam vilitudinem consideras propheta ait. In plateis eius usura et dolus. Antiquitus enim in vna ciuitate vix inueniebatur vnus fenerator: et dicebat domus eius domus diaboli et vinea eius vinea diaboli etc. Osculum pacis ei non dabatur in missa. Ignis a vicinis eius in domo eius non fumebatur: homines eius occursum expauescebant: et eum digito non strabant. Nunc pro chodoro tanta multitudo est q; audet dicere usuram non esse peccatum. Contra quos dicitur in clem. extra de usuris. caplo. graue. §. sane. Si quis in illius errore incidit: vt pertinaciter asseruare presumat exercere usuram non esse peccatum: decernimus eum quasi hereticum puniendum: locoq; nihilominus ordinarijs et heretice prauitatis inquisitoribus districtius iniungentes vt contra eos quos in errore homini diffamatos inuenerint et suspectos tanq; contra heresim procedere non obmittant. Hec ibi. Et nulla causa huius paruipensionis peccati est: nisi multitudo et impunitas et etiam prelati et ipsimet spirituales et sacerdotes faciunt: non curantes illud quod dicitur extra de vita et hone. cle. capi. Clerici arma portantes et usurarij excommunicentur. Sed q; sit peccatum magnum patet: quia est contra omnem legem dei.

Est contra legem naturalem.
Est contra legem mosaycam.
Est contra legem euangelicam.
Est contra legem canonicam.

Primo enim est contra legem nature. Thobie. v. Quod tibi non vis fieri: alteri ne feceris. Sed nemo vellet q; mutuans ab aliquo reciperet ab eo ultra sortem: sed quili-

bet hoc odit ab alio sibi fieri. Ideo probat Aristoteles. j. Politi. q; sit contra naturam quia vnus ens artificiale non generat aliud: sicut scammum non generat scammum: sed bene equus generat equum. Sed denarius est ens artificiale: ergo non potest generare alium denarium: quod tamen usurarius intendit. Ergo vocat eam Aristoteles ibidem hancos. i. pecunie generatiuam: ergo usura in se est mala. Item usura solum consistit in rebus que mensurantur: ponderantur vel numerantur. Sed talia habent certum valorem in natura ab arte. Ergo accipiens lucrum ab his vult habere furtiuum: cum habeat certum valorem. Item vult q; res naturalis vel artificialis valeat ultra suam naturam vel arte: q; usura est contra naturam. Secundo est contra legem mosaycam. Exodi. xxij. Si pecuniam mutuam dederis pauperi qui tecum est non vrgebis eum quasi exactor: nec usuris opprimes eum. Super quo dicit Rabisalomon. q; ibi non excluditur gentilis: quia ab illis poterant accipere usuram. vtz Deut. xxij. Non feneraberis fratri tuo: sed alieno. Et hoc fuit eis permissum tanq; minus malum ad maius malum vitandum. Idem ptz Leuiti. xxv. Pecuniam tuam non dabis fratri tuo ad usuram et frugum abundantiam non exiges. Idem patet Deut. xxij. Fratri tuo absq; usura id quod indiget accommodabis: vt benedicat tibi dominus in omni tempore tuo. Sequitur. Quod si christianus accipit usuras a christiano: est peior q; vnus iudei: qui hoc non acceperunt a fratribus suis. s. iudeis. Tales sunt illi pessimi iudei: qui proximo suo in mutuo dant duos modios auene vel siliginis. Idem ptz in prophetis qui usuras inhibent. Unde propheta Dauid querit. Quis ascendet in motem domini: aut quis stabit in loco sancto eius? Respondet. Innocens manus et mundo corde: qui pecuniam suam non dedit in usuram. Idem Ezech. xvij. Neemie. v. Usuras singuli a fratribus vestris ne exigat. Et loquitur ibi contra iudeos: qui centesimam partem frumenti vini et olei exigebant. Sed christiani non centesimam: sed pro chodoro decimam aut octauam aut septimam capiunt. Noui duos fratres carnales: quorum vnus alteri in sua necessitate

te cōcessit sex florenos. Anno vero elapso compulsus fuerat sibi reddere nouem florenos. Si ille h̄ fecit fratri suo carnali q̄d nō faceret extraneo: Tertio est cōtra legem euangelicā: vt patet Luc. vi. Mutuū dantes ⁊ nihil inde sperantes. Primus est consiliū: secundus est p̄ceptū: q̄a spes lucri facit vsurariū. vtz extra de vsuris. ca. Cōsuluit. Sed nunc p̄cholor refrigescit charitas multoz: quia nemo alteri aliquid cōcedit sine lucro. Ubi est pietas antiquozum patrum: Ubi est pietas Thobie quia concessit gabelo decem talenta argēti existenti i captiuitate. vtz Thob. j. Ubi est pietas ⁊ misericōdia sancti Nicolai: qui dedit tribus vicibus pondus auri paup̄i: Nā tres liberauit filias ne lupanari macularētur infamia. Ubi est pietas sancti Pauli: qui se dedit in seruum pro redemptione cuiusdā filij vidue: Ubi est pietas sancti Nicolai de toletino: qui mendicauit ostiati: vt quendā i incarcerationū redimeret: Ubi nūc inueni res talē monachū: Quarto est cōtra legem canonicam. vt patet. xiiij. q. iij. capi. Si quis timorem dei oblitus est ⁊ sanctaz scripturam que dicunt. Qui pecuniā suam non dedit ad vsuram: post hanc cognitionem magni consilij fenerauerit: vel centesimam exegerit aut ex quolibet negocio inhonesto turpis lucri aliquid quesierit: aut per diuersas species vini vel frugis aliqua incrementa susceperit: de gradu suo deiectus alienus habeat. Ibidem. capi. Quoniam multi. ⁊ extra de vsuris. ca. Super eo. Nō ecclesia eos multipliciter punit. Primo excommunicatiōe: quia omnis vsurarius est excommunicatus: quia dicit extra de vsuris. libro. vi. cap. Usurariū voraginem que animas deuorat: facultates exhaurit: cōpescere cupientes constitutionū lateranensis cōcilij cōtra vsurarios editā: sub diuine maledictionis interminatione p̄cipimus inuolabiliter ac integraliter obseruari. Hec ponit extra eodē titulo. Quia in omnibus vbi primo ponitur: q̄ non debent admitti ad cōmunionē altar̄: quia sunt excommunicati: q̄d nō est paruū: q̄a qui excommunicat: sathane tradit. vt ptz. xi. q. iij. cap. Omnis. Secundo nō debēt recipi eoz oblatiōes

q̄ d̄: Prouer. iij. Honora d̄m tuum de tuis iustis laboribz. Et Eccli. ix. Qui offert de rapina paup̄is: quasi qui victimat filiu in conspectu patris. Audiui de quodā vsurario in italia: qui non restituebat vsuras: sed omnia que habebat cuidaz monasterio dereliquit. Abbas vero ⁊ monachi pmiserunt ei salutem dicentes: q̄ multū placeret deo q̄ eis sua bona relinq̄bat. Cum autē eo mortuo in ecclesia staret corpus eius ⁊ pro ania ipsius vsurarij monachi solēnes exequias celebrabant: surgens mortuus accepit candelabru ferreū ⁊ oēs fugauit: ⁊ monachos multos vulnerauit: dicens. Vos estis traditores qui mihi salutem promittatis ⁊ deceptistis me: ⁊ nūc crucior in inferno: ⁊ statim euauit. Non ergo debent reddere ecclesie: sed hereditibus. Si autē heredes non sunt: reddant pauperibus. Tertio nō debēt recipi ad christianā sepulturā si cū ipso pctō decesserint. vtz. eo. ti. c. i. oibz. ⁊ eo. ti. ca. Nō. vbi d̄. Omnes religiosos ⁊ alios q̄ manifestos vsurarios cōtra presentis sanctiōis formā ecclesiasticam ausi fuerint admitttere ad sepulturā pene lateranensis cōcilij cōtra vsurarios pmulgare statutus subiacere. Non em̄ cimiterium aut ecclesia est sepultura vsurariorū: sed patibulum. Cuius exemplum patet. Fuit quidam vsurarius qui nolebat restituere. Qui infirmatus vocauit sacerdotes ⁊ petiuit sacramentum ⁊ ecclesiasticā sepulturā. Respondit sacerdos q̄ non daret sibi: nisi plene restitueret. Quod facere noluit: et sic mortuus est. Reuocatus est autē sacerdos vt animā deo cōmenderet ⁊ angelis eius. Respondit. Ego commendo eam demonibus. Rogauerunt etiā amici vt mortuū sepeliret in cimiterio propter amicorum honorem. Quod ille negauit quia in vita sua vsuras restituere noluit. Ideo in morte sepultura ecclesiastica carebit. Habebat autem sacerdos vnum asinum: qui nihil aliud fecit: q̄ q̄ libros ad ecclesiam ferebat: ideo nullam aliam viam sciebat. Rogauerūt amici defuncti sacerdotem: vt corpus super asinum poneret: ⁊ ad quem locum illud deferret: ibi sepeliretur: putantes q̄ ad ecclesiam illud delaturus esset.

Preceptum Septimum

E quia aliam vitam nesciebat. Placuit sacerdoti pactum. Asinus corpus usurarij supra se positum: non declinās ad dexteram neq; ad sinistram: tulit ad patibulum: et excutiens se coram omni populo: proiecit illud sub patibulo: et ibi sepultus est. **Q**uarta pena est: q; non debet absolui a peccatis: nisi prius de usuris satisfecerit: vel idoneam prebet cautionem, vt patet eodez titu. libro. vi. capitulo. **Q**uāq; ubi dicitur in fine. Nullus manifestorum usurariorum testamentis interfit: aut eos ad confessionem admittat siue ipsos absoluat: nisi de usuris satisfecerint: vel de satisfaciendo pro suarum viribus facultatum prestet: vt premititur idoneam cautionem. **A**udiui de quodam usurario defuncto Bononie qui filio suo comisit in vltima voluntate: q; omnib; usuram restitueret a q;bus receperat. **A**bor tuo patre filius fecit proclamare: q; omnes illi a quibus pater suus acceperat pecuniā usurariam: veniret tali die: quia vellet eis pecuniam restituere et usuram. **E**t venerunt prima die vltra tria milia: et restituit vltra septem milia ducatorum. **S**ed quare ecclesia ita fortiter punit peccatum usure? Respondetur propter magnitudinem peccati: quia usurarius est peior fure: quia fur solum nocte furatur: sed usurarius die noctuq; et etiam magis depauperat. **S**ecundo est peior iuda traditore: quia iudas semel deum vendidit sed usurarius toties christum vendit quotiens usuram accipit: et non sicut iudas pro. xxx. denarijs: sed p vno denario Christum vendit. **I**tem Judas triginta denarios restituit quos iniuste acquisiuit. **M**athei. xxvij. Penitentia ductus retulit triginta argenteos: sed usurarius nullo modo vult restituere que iniuste acquisiuit. **T**ertio est peior omni peccatore: quia cum alij peccatores quandoq; a peccatis cessant: sicuti superbi a superbia luxuriosus a luxuria: gulosus quandoq; temperat. **S**ed usurarius peccatum usure omni die committit: siue sit in die natiuitatis christi: siue in die resurrectionis siue ascensionis. **I**tem peccat in omni loco siue in ecclesia audiendo missam: siue in mensa comedendo siue in loco dormiendo et vbicunq;

q; fuerit semper eius peccatum augmentatur. **Q**uarto facit contumeliam beate virginis et sanctis eius et angelis: in quorum festiuitatibus continue peccat usuram committendo. **I**deo destitutus erit in extremis auxilio dei et omnium sanctorum. **U**nde cum dicitur. **M**iserere anime huius usurarij: potest chrs respondere. **Q**uomō miserere ei quia nec ipso die in quo genus humanū redemi: me honorare voluit. **Q**uinto est peior morte corporali: quia mors solum interimit corpus: sed usurarius corp; et animam. **L**uius exemplum ponit **L**esarius di. ij. c. xxxij. **F**uit quidam usurarius colonie qui diuino compunctus iudicio sacerdotem adiit ad confessionem: et vt domini pro suis peccatis placaret: pollicitus est quia omnia bona sua pauperib; erogaret. **L**ui sacerdos respondit. **I**ncide de panti bus tuis elemosynam ita vt cistam ex eis impleas: claudeq; illam. **Q**ui cum die altera arcam aperuit: quot ibi posuit elemosynas tot ibi reperit bufones. **L**ui cum sacerdos diceret. **A**ides nunc quantum deo placeant elemosyne de usura. **T**ertio ille respondit. **D**omine quid faciam? **S**i vis inquit salu; fieri hac nocte in vermes istos nudus iaceas. **M**ira contritio. **I**lle licet stratum nimis abhoreret vermibus tamē moriturum se proponens cum timore gehēne: et cum amore celestis patrie nudus se super vermes iactauit. **S**acerdos vero arcam clausit et abiit. **Q**uam die postera cur aperuisset: nil preter ossa hominis inuenit que in porticu sancti **B**ereonis martyris sepulta dicuntur et tante esse virtutis vt vsq; hodie nullus bufo terminos eiusdem sepulchri possit intrare. **S**exto est peior diabolus: quia diabolus neminem nisi malos punit: sed usurarios punit bonos et etiam malos. **Q**uinto ecclesia punit usurarium eum restringendo omnibus modis quibus potuit: quia contra solutionem multiplex remedium adhibuit: quia si aliquis promissum soluere non debet cogi ad soluendum: quia usure sunt indebite. vt patet in ca. de bitores. et de iureiur. vbi dicitur. **D**ebitores ad soluendas usuras in quibus se obligauerunt cogi non debēt. **S**i vero de ipsa;

rum solutione iurauerint: cogendi sunt domino reddere iuramentum: et cum usure solute fuerint: creditores ad eas restituendas sunt ecclesiastica seueritate: si necesse fuerit compellendi. Potest enim ecclesia compellere usurarium: quod relaxet iuramentum et si non potest tunc soluat et repetat. Si autem iurauit non repetere non repetat directe propter iuramentum: sed denunciaret ecclesie ut illa compellat eum ad restituendum. Sed si iurauit non denunciare: illicitum est iuramentum: et non est seruandum. ut patet extra de cognatione. spiritus. canon. a nobis. Ideo in de. extra de usuris. cap. ex graui. excommunicantur omnes communitates ciuitates capitanei rectores consules facientes statuta et approbantes usurariam prauitatem: statuentes usuras exigi et solui: et debitorum ad soluendum compellunt: et quod usure non repetantur: tales de facto sunt excommunicati: nisi huiusmodi statuta infra tres menses deleuerint. Hoc totum intelligitur de publicis usurariis quia sunt duplices usurarii: scilicet publici et occulti. Primi sunt qui mutuunt cum intentione: accipientes ultra. Et hoc verum est: quia nullo modo mutualet: nisi speraret lucrum. Et tales propter spem lucri sunt usurarii. ut patet extra de usuris. Quia dicit saluator. Mutuum dantes et nihil inde sperantes. Secundi sunt qui mutuunt res suas ad certum terminum vel finem: quo veniente nolunt prestare ulteriores dilationem donec aliquod emolumentum recipiant: licet expresse nihil petant. ut patet in capitulo. consuluit. ubi supra. Tertii sunt qui pro mutuo accipiunt munus et si sit ex pacto tacito vel expresse usura est secundum Thomam. Dicitur hic munus non solum a manu: sed etiam a lingua vel obsequio: ut domini molendinorum qui mutuunt pistoribus ut ad eorum molendinam molant: et sic usuram committunt secundum Guillelmum. non tamen tenentur ad restitutionem: nisi in quantum ipsos per hoc damnificarent. Quartii sunt qui vendunt res longe carius propter dilationem solutionis quam si eis incontinenti soluerent. ut patet in ca. consuluit. eo. tit. Si enim venditor statuit in corde suo pro quanto velit rem suam dare non potest sine peccato pro

pter dilationem factum augmētare: vel ante exponunt vel minus dent pro se. Quintii sunt qui emunt vinum vel bladum cum adhuc crescit in tam bono foro quod verisimile est quod nullo tempore solutionis ita modicum solueret. Tales usuram committunt. Verbi gratia sicut qui in quadragesima emunt vinum ab ipsis vindemiatoribus cum sint in necessitate constituti: et pro tam vilis precio tempore solutionis indubitanter multo plus solueret. Similiter qui emunt a rusticis frumenta pro tam vilis precio: quod tempore solutionis plus valerent: si autem dubitatur an debent plus vel minus valere excusatur ut patet extra de usuris. c. i. ciuitate. Sextii sunt qui recipiunt aliquod pignus: vel concedunt pecuniam super aliquod predium: et fructus non computant in sortem. Similiter illi qui dant pecuniam super aliquod castrum usurarii sunt. ut extra de pignus. c. Illi nos. Illi qui faciunt expensas inutiles in re pignoriata. Idem est circa obsides qui talibus utuntur in labore et non computant labores in sortem. Septimi sunt qui emunt a pauperibus oves vel boues: quas ille forte non habet et talia animalia locant eis. Et tales secundum Guillelmum sunt usurarii: et sic sunt adhuc multi alij modi: quibus homines inuoluuntur. Sexto ecclesia punit usurarium cum infamia: quia omnis usurarius infamis est ut patet. vj. q. i. ca. infames. Et qui locant eis domos: scilicet manifestis usurariis quod non sunt oriundi de terra eorum. Qui contra fecerint: si sunt persone ecclesiastice suspensi sunt: minores homo excommunicati sunt. Si homo est collegium vel vniuersitas: est suppositum ecclesiastico interdicto quod diu ibidem illi usurarii morantur. ut patet eo. tit. li. vj. ca. usurarium voraginem. Dubitatur utrum liceat recipere usuram pro interesse: ratione morte: ut quia mihi non soluisi tempore debito recepi pecuniam ad usuram propter agenda negocia mea. Rursus quod debitor tenetur soluere illas usuras loco interesse. i. loco danti. ut extra de fideiussoribus. c. peruenit. Secundo dubitatur de seruicibus usurariis. Respondet Guillelmus quod licite possunt accipere mercedem ab eis: si seruunt eis in licitis et honestis et necessariis. Si autem seruunt eis in illicitis: non credo quod debeant re-

Preceptum Septimum

Recipere mercedē ab eis. Sed dices vtrum licitum sit recipere pecuniam ab eis mutuo sub vsura. Respondet sc̄tus Tho. ij. q. lxxviii. ar. iij. q. nō peccat q̄ iniuriā patit fm̄ p̄m̄ tr. v. ethicoꝝ. Inducere aut̄ hoīem ad peccādū nō licet: vti tñ p̄ctō alterius ad bonū licitū est: quia ⁊ de⁹ vti om̄ibus peccatis ad bonū: ex quolibet em̄ malo elicit bonū: vt dicit Aug. in enchiridion. Unde ⁊ publice querēti: vtrū liceret vti iuramēto eius q̄ p̄ falsos deos iurat: in quo manifeste peccat eis reuerētiā diuinā exhibens. Respondetur q̄ qui vti fide illius qui p̄ falsos deos iurat non ad malum sed ad bonum: ⁊ peccato eius non consentit quo per demonia iurauit: sed pacto bono quo fidem seruauit: non peccat. Si tamen induceret eum ad iurādum p̄ falsos deos peccaret. Ita etiam in proposito: q̄ nullo modo licet inducere aliquem ad mutuandū pecuniam sub vsura: licet tamen vti eo propter aliquod bonum: quod est subuentio sue necessitatis: vel etiam cuiuscunq; alterius. Sicut etiam licet ei qui incidit in latrones manifestare om̄ia bona que habet tamē latrones diripiendo peccant ad hoc q̄ nō occidatur. Exemplo decem virorum qui dixerunt ad israel. Noli occidere nos: quia habemus thesauros multos in agro. Hiere. xij. Eādem sententiā tenet etiam Guilhelmus: ⁊ addit q̄ non solum in necessitate: sed etiaz pro vtilitate quam quis cōsequitur agendo negocia sua licite accipit mutuum ad vsuram. Si aut̄ hoc facit propter aliquod licitum: scilicet propter ludū alee ⁊ c. est p̄ctū mortale accipere mutū ad vsuram. Alij dicunt q̄ peccant mortaliter: probātes per illud extra de vsuris. ca. Super eo. vbi dicitur: q̄ super crimen vsurarij dispensatio fieri nō debet. Nec potest pro redemptione captiuorū: quia non sunt mala faciēda: vt inde euentiant bona. Ad Roma. iij. Item. i. q. i. Nō est putandum. Hostien. ⁊ Joannes andree super illud cap. Super eo. dicit q̄ recipientes ad vsuram cōmunicant in peccato: ⁊ dant occasionē peccādi. Ergo peccant. vt patet in ca. si concubine. extra de sen. ex. ⁊ in. c. finali. de in iur. ⁊ dam. dato. ⁊ in ca. super eo. dicit te-

xtus. ne etiam pro redimēda vsta captiuus vsurarij crimen inuoluat. Vbi Joan. and. dicit q̄ peccant simul cum vsurario. Si em̄ non esset qui reciperet: non esset qui daret vt in. c. Non satis. extra de symo. Hostien. tamen dicit. q̄ hec opinio non est nimis rigida. Et si indistincta vera esset iuramentum in hoc non obligaret: quod tamen ligat. vt patet extra de iniur. ca. Debitores. Alij tamen dicunt. vt refert Innocentius. q̄ hoc licet pro opere virtuoso ⁊ meritoio vt si vellet inde facere elemosinam: edificare eccliam: vel aliud opus pium. Nō autem propter luxuriā aut lasciuā licet accipere vsuram: ⁊ cum sit ex magna necessitate. s. ad redimēdum captiuos: vel ad pascēdum pauperes. Sed si quis cupiditate moueāt ⁊ principaliter ad recipiendū mutuū sub vsura: scz vt diuitias cumulet aut pompaz exerceat: non excusatur a peccato mortali: cum cupiditas sit radix omnium malorū. **S**eptimo punitur pena infernali que est eterna damnatio. De qua ezechielis. xxiij. Vsuram ⁊ sup̄abundantiā accepisti: ⁊ aures proximos calumniabaris: meiq; oblitus es dicit dominus. Ecce complosi manus meas super auariciā quam fecisti. Et cōplosa manu ⁊ nō aperta palma pcutiet eū pena infernali. Erit etiaz maledictus a patre ⁊ filio ⁊ spiritu sancto: a beata virgine ⁊ omnibus sanctis: quorum festa frangit. Si enim fuit lapidatus qui ligna colligebat in sabbato: quid erit de vsurario qui in omnibus festis exercet vsuram? Erit etiaz maledictus a proprijs filijs Eccl. xij. De patre impio cōqueruntur filij impij: qm̄ propter illum sunt in opprobriū. Et sic sibi mutuo maledicūt pater ⁊ filius ⁊ om̄es in hereditate succedētes. Dicit pater filio. Maledictus sis tu: quia propter te sum in tormentis vt te ditarem. Et filius ec̄uerso. Maledictus tu pater: quia propter tuā vsuram dānatus sum. Qui⁹ exemplū patet de vsurario damnato ⁊ eius filio: qui vili fuerunt in quodam puteo.

Non furtum facies.

Sexto peccant contra illud preceptū qui sibi summam magnā pecuniarū thesaurizant inique. De quibus ps̄.

Thesaurizant & ignorat cui congregabunt ea. Quid eis dicitur: nisi illud euangelij Lucæ. xij. Stulte hac nocte repetent animam tuam a te: que parasti cuius erunt? Querit vtrū christianus qui vult in christianismo iuste vivere ac perseverare possit sibi pecuniam aut alia bona thesaurizare? Et videtur quod non. quia dicitur Matth. vj. Nolite cogitare de crastino: & quilibet tenet seruire euāgelium christi. Etiam ibi. Nolite esse solliciti ergo &c. In oppositum est illud Joannis. xij. quod christus oculos habebat. Et patet in canone. xij. q. i. Exemplum domini. Accipite conuersantis in terra: quare habuit oculos cui angeli ministrabant: nisi quia ecclesia ipsius oculos habitura erat. Idē. xij. q. i. ca. Habebat dominus oculos a fidelibus oblata conseruans & suorum necessitatibus aliisque indigentibus tribuebat. Ista habuit ut indigentibus tribueret. ut patet. xxij. q. iij. Duo. Secundo ut ecclesiam significaret oculos habitura. Et in ca. Exemplum vbi supra. Item Chrysost. super illud. Nolite cogitare de crastino. id est de superfluo exponit. Etiam dicit glosa. i. ad Cor. xvj. De crastino cogitat si quis propter ista deo militat: & principaliter ut in operibus non regnum dei: sed illorum inquisitionem intueatur. Et apostoli cogitauerunt de crastino. ut patet. i. Cor. xvj. De collectis autē que fiebant in sabbato: sicut ordinavi in ecclesijs gallathie. Ita & vos facite per vnā sabbati. Item agabus fecit collectam contra famem futuram. ut patet Actuum. xj. Item Paulus accepit necessaria ad nauem quādo appellauit cesarē. ut patet Actuum. xxvij. Quare ergo non alij christiani possunt facere collectā pecuniarū contra futurum defectum? Rūdet ergo quod hoc potest fieri quadrupliciter. Primo fieri potest ex prouidentia respectu necessitatis pro cura familiarum respectu utilitatis: pro cura regali respectu cupiditatis: pro cura mundiali respectu copiositatis pro emptione reddituali. Primo modo potest fieri ex prouidentia respectu necessitatis pro cura familiarum: et sic conceditur parētibus secularibus ob necessitatem filiorum educandorum pecuniā congregare. Iuxta sententiam apostoli. i. Thim. v.

Si quis autem suorum & maxime domesticorum curam non habet: fidem negauit: & est infidelis deterior. Et. ij. Cor. xij. Non debet filii thesaurizare parentibus sed parentes filijs: sicut ramus recipit humorem a radice & non e contra. Item potest hoc contingere propter filiorum & filiarum in nuptijs prouisione: & sic iterum licitū est. Legit in historia romana sub Foca imperatore de quodam fabro qui omni die ex suo labore acquirebat octo denarios. Nota historia quia communis est. Secundo potest fieri hoc respectu utilitatis pro cura regali. ut puta pro regni defensione vel cultus diuini ampliatione: sic conuenit & licitum est thesaurizare pro utilitate reipublice: vel spiritualis & temporalis in ecclesia christi tam pape & aliis prelatibus ecclesie: quā impatori & regibus & principibus gubernatoribus reipublice. Ideo dicit. xij. q. ii. c. Curum habet ecclesia non ut seruet: sed ut erogat & subueniat in necessitatibus. Quid est opus custodire id quod nihil adiuuat in necessitatibus? An ignoramus quantum auri & argenti de templo domini assurti abstulerunt? Rōne dicitur dominus. Cur passus es tot inopes fame mori in terra habes aurum? Cur tot captiui sunt non redempti ab hoste. Contra illud Matthei. xxv. Quod vni ex minimis meis fecistis: mihi fecistis. Sic etiam potest fieri propter communis prouisionem. ut patet in Joseph. De quo Genes. xlvj. Qui recepit quintam partem frugū tempore fertilitatis: ut communis sustentaret tempore carissime. Sic posset adhuc fieri etiam propter pauperum sustentationem: ut sunt aridi: contractis leprosi: qui non possunt laborare: ut tunc ipse per suos labores & lucra habeat vni tribuat necessitatem patienti &c. Tertio potest hoc contingere ratione cupiditatis pro cura mundiali: non habito respectu ad necessitatem vel utilitatem yconomice vel politice. Nulli dubium quin hoc omnino sit prohibitum: quia cupiditas est radix omnium malorum. ut dicit apostolus. i. ad Thim. vi. Nihil intulimus in hunc mundum: nulli dubium quod nec auferre aliquid possimus. Habentes autem alimenta et quibus tegamur his contenti simus. Nam qui vo-

Preceptum Septimum

Sunt diuites fieri incidunt in laqueum et in-
tentationem diaboli etc. Si autem fit pro-
pter superbie et iactantie expletionem: sic est
peccatum mortale: sicut nunc multi congre-
gant pecuniam: ut magni apud mundum ha-
beantur: et cum magna popa et apparatu
incedant. Contra quos Sapientie. v. dici-
tur. Quid profuit nobis iactantia aut sup-
bia diuitiarum: Hec est que symoniam introdu-
xit: hec est que rapinam adinuenit. hec est
que furtum dolum et usuram et omnia mala
mundi adinuenit: hec est que pactum dissol-
uit: violat iuramentum: corrumpit testimo-
nium et peruertit iudicium etc. Hec dicit
Petrus de tharantasia super illo verbo.
Lupiditas est radix omnium malorum.
Quarto modo habet fieri respectu co-
pioritatis in emptione reddituali: scilicet
quod quis congreget pecuniam ad comparan-
dum redditus ad vitam: vel perpetue sine
reemptionem. Illud contractum illicitum
esse non audeo dicere: quia contradicerem
turi communi. ut patet de re. ec. non alie. ca.
monasteriorum in cle. Etiam contradice-
rem cuidam declarationi Martini pape
in quadam bulla et cetera. Et contradice-
rem ipsi consuetudini totius ecclesie: que
vritur huiusmodi contractibus in fundatio-
ne altarium et beneficiorum: et multi sacer-
dotes religiosi et monasteria vtuntur tali
contractu. Sed econtra non audeo eum
dicere simpliciter esse licitum propter mul-
tas deceptiones que fiunt in illis. Et hic
lata conscientia saltat approbando simpli-
citer: hic stricta conscientia trepidat repro-
bando indifferenter. Hic vnus esurit alter
ebrius est: hic vnus reprobat alter conce-
dit. **P**ro declaratione istius ponam hic
tria documenta. Primum constitui reddi-
tus pecuniarum vel altarium rerum bla-
di aut vini in vniuersitate seu communita-
te licitum est expediens in republica: dum
modo tamen hoc fiat intentione recta ex
ratiobabili causa: cum equitate et discretio-
ne debita: ut si emuntur in omnibus bonis
ciuitatis: ville: ac etiam monasterii: certi cen-
sus in perpetuum aut ad tempus: licitus est
contractus. Quod probat per cap. monasterii:
prium, de re eccl. non alie. in cle. Idem pro-

batur de excels. prelat. in caplo. freques. s.
preterea. in cle. Idem patet in quadam bul-
la Martini pape quinti nouiter defuncti
que incipit. regimen respectu vniuersalis
ecclesie. vbi papa sic dicit. Cooperimus hu-
iusmodi contractus veridicos et iuxta de-
terminationem doctorum licitos fore ad hu-
iusmodi ambiguitatis tollendum dubium in
premissis contractus licitos ac iuri commu-
ni conformes ac ipsorum censuum venditores
ad ipsorum solutionem remoto contradic-
tionis obstaculo obligari. Et loquitur ibidem
de reemptionibus. Non ergo committunt
usuram emptores illorum census tam secula-
res quam spirituales. ut ibidem declarat pa-
pa. sicut venditores eis obiciebant. Item
usura solum committitur in mutuo sine dictis
christi. Mutuum dantes nihil inde speran-
tes: sed hic non est mutuum sed emptio: ergo
non est usura. Sed dixi primo quod hoc debet
fieri ex causa rationabili aut propter diu-
num cultum continuandum. Nam hoc iustum
est ut illi habeant redditus qui non possunt
vacare laboribus manuum: sed vacant cul-
tui diuino: ut scilicet eorum oblationibus
respublica iuuetur. sicut patuit in veteri te-
stamento: vbi dominus constituit sacerdo-
tibus decimas primitias et oblationes.
Etiam in nouo testamento patet. i. ad Thy-
mo. v. Qui bene presunt presbyteri dupli-
ci honore digni habeantur in vita et doctri-
na. Dicit glofa. Duplici honore. scilicet ut
spiritualiter eis obediant: et exteriora mi-
nistrent. Et hac sententiam amplius pro-
bat auctoritate veteris testamenti dicentis.
Non alligabis os boui trituranti fruges.
Et etiam allegat eam. i. ad Corinth. ix. Et
intelligit per bouem predicatorem: qui la-
borat fideliter in area domini. Item Luce. ix.
Dignus est operarius mercede sua. Item Ma-
thei. x. Ergo dignus est qui vacat spiritualibus
quod habeat redditus temporales. Ideo dicit
apostolus. i. ad Cor. ix. Si vobis spiritualia se-
minamus: non est magnus si nos vna carnalia
metamus. Secunda causa ratiobabilis est quia
sunt reipublice: ut sunt reges: duces et prin-
cipes: milites et alii rectores reipublice: et
hoc ratiobabile est ut illi habeant census unde
vuiant: qui pro defensione terre militant: et

eam ab hostibus et latronibus defendant: qui pacem et iusticiam inter homines procurant et conservant. Ergo Christus dixit. Reddite qui sunt cesaris cesari: et que sunt dei deo: cum fuit interrogatus an licet census dare cesari: an non. Et sanctus Johannes baptista ad milites dicebat. Estote contenti stipendiis vestris. Tertia causa rationabilis potest esse de pauperibus: infirmis: aridis et contractis qui manibus laborare non possunt: quia hoc pertinet ad opus misericordie. De quibus Luce. vij. Estote misericordes. Ibidem. Date et dabitur vobis. Quarta causa potest esse in seruis dei et religionibus diuino cultui vacantibus: cum tales sint alii in spiritualibus: scilicet predicationibus et orationibus etc. Quinta causa est pro fundatione et edificatione ecclesiarum et conseruatione earundem: et pro vasis sacris et vestibus aliisque rebus spiritualibus quibus deo famulatur. Sexta causa potest esse pro minutione et defensione: et bono statu ciuitatis: ville aut patrie: quia talium munitio et bona ordinatio deseruit ad pacem in qua consistit magna felicitas politica. Si autem causa est illicita et irrationabilis grade peccatum est: quia pro hominibus fortibus ad laborandum: nec per diuinum cultum impeditis nec in republica necessarijs redditus constitui non debent: quia etiam multitudine reddituum pro talibus periret res publica: cum sic ditati otiosi vanis subiecti fodere vel laborare nolunt. Et de his loquitur Esa. Ne qui conuergitis domum domui et agrum agro: nunquid vos soli habitabitis in terra. Secundo dicitur: quod debet fieri cum discretione debita. scilicet quod non constituantur in libera persona: quia libera persona non potest obligari. vtz extra de pigno. ca. igif. Sed debet fieri in vniuersitate: villam vel agrum. Et respiciendum est: an de talibus rebus tot redditus possint peruenire: et si res casu vel incendio periret: et emens nihilominus vellet esse certus de prouentibus sibi dandis: illicitus et illiberalis esset contractus: quia tunc fieret obligatio personalis. Item quod sit equalitas inter ementem et vendentem vt vendant. v. pro centum florentis annuatim vel fm comunem vsum laudabilem patrie in reemptione. Item quod pactum appositum sit li-

citum: et quod pactum reemptionis debet apponere venditor et non emptor: quia alias contractus esset pignoriaticus: et per consequens usurarius: si emptor posset repostulare pecuniam quando ipse vellet. vt patet in capto. Illo nos. extra de pigno. vlt. esset simulatus. vt in cap. ad nostram. de empti. et vendi. Aliquando est etiam talis pena apposita que est multum impta: vt si census debitus solutus non fuerit: semper post decem dies a termino solutionis dupletur: donec adequetur sortis principali. vt reemptio expiret: et emptori adiudicentur bona simpliciter et quiete pro censu non soluto. Et talis contractus est illicitus et ad angustiandum inuentus: contra illud ps. Tota die miserere et commodat. Et alibi idem. Iustus autem miseretur et retribuet. Tertio requiritur quod fiat intentio recta: scilicet quod non decipiat fratrem suum in negotio scilicet neque in precio: et quod precium sit equale: et quod vendibile sit tale: et sit equalitas inter ementem et vendentem. Si autem precium esset minus quod res valet: et est de consensu venditoris: tunc contractus bene valet: quia venditor mera voluntate possit rem illam dare emptori. vt patet de fide instr. ca. cum Johannes. Si autem non est de consensu voluntario et vendens est angustatus ad vendendum rem suam pro minori precio: et emptor non habet causam minorandi precium nisi propter pactum reemptionis: sic contractus est illicitus repugnans iusticie commutative: contra illud preceptum. Quod tibi non vis fieri: alteri ne feceris. Item in insti. et in s. iuris precepta. Secundum documentum est: quod contractus reemptionis et venditionis reddituum ad vitam in se non sit illicitus aut viciosus: sepe tamen est ementi aut vendenti periculosus. Et hoc magni doctores dicunt. vt Henricus de Sandaui in quodlibeto. i. q. xxxix. dicit simpliciter: quod non est licitus singulariter quando emuntur redditus pecuniarum pro pecunia: quia si exponeret censum vt annuatim haberet decem: in vndecimo anno haberet decem ultra censum: quod est usura. Sed alij tenent oppositum: sicut magister Egidius in quodlibetis suis. et doctores iuris sup. c. in ciuitate de usuris. Et est ratio: quia si emuntur redditus

Preceptum Septimum

Ppetui aut reemptionis et seruare debita adequatio inter datū et acceptū: valeret contractus: vt dictū est supra: et etiā ad vitā q̄ par est ratio. Itē vsura solū ē in mutuo: sed hic est emptio. Ergo talis etiā nō plus subleuat q̄ sortez: q̄ fors vel summa quā emit et ius p̄cipiēdi tales reddit⁹: illud ius retinet omni anno. Et sic quicqd̄ capit: cadit sibi in sortē suā: ergo in .xj. anno non accipit vltra sortem. Et si hoc argumentum cōcluderet emptio de perpetuis possessionibus: nihil cōcluderet. Sed sc̄da pars patet: q̄a emēs aliquādo efficiē sollicitus timore deficiēdi. Est etiā sollicitus de vite necessarijs sollicitudine superflua. contra illud Math. vj. Nolite solliciti esse. Item venditor sperat emptorem cito moriturum: vt retineat pecuniam: et sic est homicida in mente: etiā emptor sperat se diu victurū vt in triplo vel quadruplo recipiat. ¶ Item emptor: aliquando intendit resistere p̄neg generali Ade et suis posteris iuste infligere: que est. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. Genes. iij. Et sic sequitur ociositas viuēdi: et sequitur destructio reipublice: ergo multi doctores propter ista pericula dissuadent istum contractum non tanq̄ in se malum: sed propter ista que sequuntur: sepius etiā persone fortes que possunt laborare manibus: in quibus non iste cause precedentes subsunt: non possunt habere: quia debēt querere victū et vestitum cum labore: dicēte domino. In sudore vultus tui vesceris pane tuo. ¶ Tertiu documentum est pactum de retro vēdendo pro eodem precio solum appositum: non viciat contractum emptionis: alias licitum. Probatur: quia quilibet in traditione rei sue potest apponere pactum non improbatum lege. patet. ff. de pac. l. 2. c. l. de cōtra. emp. l. iij. in fine. Sed pactum h̄mōi dummodo fiat per tradentem et vēdentem. In huius arbitrio stat reemptio non emptoris: non est improbatū a lege: imo approbatum per legem si fund. l. de pac. vbi dicit. Si vendatur fundus iusto precio ea lege: vt quando placuerit venditori restituito precio fundus ad eum reuertatur: licitus est contractus: et emptor lucratus est fructus,

Et hec iunt vera: dummodo alias sibi fuerit iustum precium: vel ad minus non sit dubium: tunc tenet cōtractus. vt patet in caplo. In ciuitate de vsuris. Et trāsfertur hic dominiū. Verum in emptore statim tenet venditio. Quod probat. cap. Ille nos. de pac. et facit optime ad hoc. c. verum de condi. appo. Idem patet quod permissum fuit in veteri lege hoc non est viciosum: est etiā preceptum: sed tale pactū fuit h̄mōi. vt patz L. cuit. xxv. vbi dicit. Qui vēdiderit domū suā intra muros vrbis et c. Correclariū q̄ cōtractus in se licitus p̄ penaz appositionem fit sepe illicitus: vt sunt iuramenta et varie pene arbitrarie vt si census solutus non fuerit infra decem dies: vt supra patuit: quia talis contractus est cōtra charitatem dei et proximi. Cauēat ergo tales reddituarij diuites: q̄ non nimis diligant eas. ps. Diuitie si affluant nolite cor apponere: quia dicit. ij. ad Thim. vj. Qui volunt diuites fieri incidunt in laqueum diaboli. Secundo caueant ne eas retineant. j. Ioan. iij. Qui habuerit substantiam huius mundi: et viderit fratrem suum necessitatem habentem et clauerit viscera sua quomō charitas p̄ris est in eo. Tertio caueant ne in eis superbiāt. ij. ad Thi. vj. Diuitib⁹ hui⁹ seculi p̄cipe supba nō sapere: et non sperare in incerto diuitiarū. Quarto cogitent q̄ non possint eas secum ducere. Job. xxxj. Diues cum dormierit nihil secū affert: quia nihil tulimus in hunc mundū: ideo nihil nobiscum ferre possumus. Unde Gregori⁹. xvij. moral. Diu cum rebus nostris manere non possumus: q̄ illas ad moriendo deserimus: aut ille nos viuēdo deserūt. Sequit̄ ibidem. Terrena seruādo pdimus: largiēdo seruam⁹. Item Luc. vj. Facite vobis amicos de māmona iniquitas. Voluit em̄ de⁹ vt aliq̄ essent pauperes et aliqui diuites. Pauperis est orare p̄ diuite vt habeat regnū dei: diuitis est erogare. Ideo sibi inuicem sunt necessarij. Quinto debent attendere penam eis minatam Luce. vj. Ne vobis diuitibus qui habetis hic cōsolationē vram. Iaco. v. Egite nunc diuites: plorate ululantes in miserijs vestris: quia lucrum in arca est: damnum in

conscientia. **L**uceat ergo q̄ non lucrentur eas per furtū: rapinam: doli: fallam mercantiam: et sic de alijs. Recitat **C**esarius di. x. ca. xxxix. q̄ in ciuitate metensi q̄dam vrsarius defunctus est: qui cum mortuus esset supplicauit vxori sue: vt crumena in denarijs refertam iuxta eū poneret in sepulchro. Quod cum illa fecisset quāto secretius potuisset: tamē latere nō potuit. Accedētes aliq̄ sepulchrū latēter aperuerūt. Et ecce duos bufones ibi suspicabātur vnum in ore crumene: alterum in illius pectore. Ille denarios de crumena extrahens. Ille suscipiens cordi eius immittebat. Ac si dicerent. Nos pecunia satiabimur cor tuum insatiabile. Quibus visis illi timore percussi fugerunt. Quid putas animam huius pati in inferno: si tam horrenda demonstrata sunt in eius sepulchro. Sexto cōsiderare debēt q̄ diuitie sunt musculi et onera grauiā diligētibus illas. patet **S**apient. xliij. Creature dei facte sunt in tētationem hominū et in maucipulam insipientium. Ideo suis possessoribus valde periculose sunt: quia difficile est eas habere et nō amare. **I**ō dixit ch̄s. Difficile est diuitem intrare in regnum celorum. Non ergo extollant se diuites. Quia dicit sanctus **B**regio. q̄ successus tēporaliū rerum est certum damnationis indicium. Cuius exemplum patet in illo diuite: de quo narrat in vita sancti **A**mbrosij: qui periit cum tota domo sua et omnibus que habuit. Nota ibidem. Cogitēt etiam paupes qui istas diuitias non habent q̄ debent esse patientes de sufferētia sue paupertatis vt eam libenter sustinere valeant: quasi sit eis medicamentum et purgamentū peccatorū cogitanti illud quod illi diuiti epuloni accidit: quia paupertas est ipsorū purgatorū. **E**sa. xlvij. Elegi te in camino paupertatis. Secundo debent diuitias spirituales acquirere vt in deo sint diuites **A**ugusti. super **J**oan. omel. xxv. Felix est qui bono modo habet aurum in arca: sed felicioz est qui habet deū in conscientia: quia prim⁹ habet qd̄ perire potest: sed q̄ deum habet nec perire potest nec ab eo nolente auferri. Tertio paupes debēt considerare pericula diuitū et

incomoda: et sic paupertatis onus facilius sufferre poterunt: quia vbi multi sunt opes ibi multi sunt qui comedunt illas. Nutriūt em̄ histriones et baldos et meretrices. Tales compellūtur sustinere rationem dignitatum vel honoris: vel ipsi sine illis paupes esse possunt. Quarto paupes sunt magis securi ab hostibus. Juxta illud. **L**atibit vacuus coram latrone viator. Et etiā sunt magis securi in conscientia. Quinto debent cogitare: q̄ ipsorū est regnū celoz. **A**n̄ **A**th̄. v. Beati paupes spū qm̄ ipsorū est regnū celoz. Cogitēt ergo: qualiter **L**azarus in sinum abrae est deportatus: et diues epulo in inferno sepultus: vbi est propriū sepulchrū maloz diuitū. Cogitēt etiam quot falsa iuramēta: quot guerre quot inuidie et rancores et discordie fiunt ppter bona diuitum.

Non furtum facies.

Septimo peccant contra illud preceptum falli artifices et mercatores qui sua mercata falsificant. Et tales qui escere non possunt: nisi septies in die decipiant proximum suum. De quibus **F**rancisc. petrar. in li. ij. de reg. vtri. fortu. ca. lxj. Hunc homo hominem decipit: fides exultat: regnat fraus. Sequitur. **N**ō tanto studio: nec tot laqueis venatores aut aucupes feras aut volucres captant: quot versuti hoies alios quoq̄ simpliciores. Quod si nūq̄ verū fuit nostra etate verissimū monstratur digito: fraudū magi et ille prudentior iudicat qui paratior est ad fallendum. **H**is igitur nō decipi: aut morere: aut fuge hominum cōsortia. **H**ec ille. Tales deciptores sunt sicut vetule turpes: q̄ se curiosius ornāt: ne earū appeat turpitudine abs quilibet eas abhorreret. Sic tales deciptores suas fallacias occultāt: ne ab alijs cognosci valeant. Sunt em̄ tot fraudes in emptione et venditione: q̄ vix aut nunquā fiant sine peccatis mortalibus. vt dicit de peni. dist. v. ca. **Q**ualitas. Difficile inq̄t ca non vbi est inter ementis vendentisq̄ commertis non interuenire pctis. Ideo sequit̄ ibidem in capt. nego. ex verbis b̄i **B**regorii. Sunt plura negocia q̄ sine peccatis exhibere vix aut nullatenus possunt: sicut cura

Preceptum Septimum

E vel familiaris: procuratio administratio et mercatio. Idē dist. lxxxviii. cap. Eiciens. Ubi dicit. Eiciens dñs ementes et videntes de templo: significauit q̄ mercator nūq̄ p̄t placere deo. Ideo nullus christian⁹ debet esse mercator. Aut si voluerit esse p̄ficiat de sancta matre ecclesia. Et loquitur tibi textus de ipsa mercatione cupiditatis. Sed opponit Chryf. hoc qd̄ Petrus vendidit pisces. et q̄ Paulus fecit artem sceno factoriaz. i. cordas ad papilliones. vt patet Actuum. xviii. Itē Joseph vedit frumenta egyptijs primo pro pecunia: secūdo pro pecoribus et tertio pro terris. Respōdet q̄ duplex est negociatio: scz cupiditatis q̄ prohibet. in. lxxxviii. di. c. Eiciens. Alia est necessitas i cōmunē vtilitatē reipublice: quia vnus indiget re alterius: et dat sibi pecuniam pro re vel rem pro re. Est etiam introducta propter amicitiam et dilectionem inter homines habendam: aut propter bonū virtutis quando indigētia alicuius auxiliū petere compellit: et pietas amore virtutis mutuum daret: et largitas in operib⁹ donum tribueret. Sed iam sunt tot fraudes et fallacie in eumentibus et videntibus propter statum hominis corruptum: q̄ vix aut nūq̄ sine peccato fiūt. Circa quod notandum: q̄ decem modis cōmittit peccatū i emptione et veditio: quos dominus eicit de tēplo eternitatis. i. de regno celoz. Primi sunt qui emunt et vendunt in dominicis et alijs diebus solēnibus. De quibus dictum est sufficiēter in tertio precepto de sanctificatione sabbati. Sermone tertio. Secundi sunt qui in statera et ponderibus delinquunt. De quibus Leuiti. xix. Nolite facere iniquum aliquid i iudicio in regula: id est in vlna: in pondere: in mensura. Statera iusta et equa sint pondera: iustus modius equusq̄ sextarius sit tibi. Ego dominus deus vester. Ideo dicitur Prouerbioz. ij. Apud dominum abominatio pondus et statera dolosa. Unde Michēe. vj. Nunquid iustificabo stateram et sacculi pōdera dolosa: i quibus diuites eorum repleti sunt iniquitate: et habitatores eoz loquuntur mēdactum: et lingua fraudulenta in ore eorum. Sed cōtingit tripliciter fallere aut

